auro argēto q̄ȝ deſcriptos vel vn
cialibȝ ut vulgo aiūt litteris one
ra magis exarata q̄ꝫ codices dū
mō mihi meiſq̄ȝ ꝑmittāt paupe
res habere cedulas ⁊ non tā pul
chros codices q̄ꝫ emēdatos Vtrū
q̄ȝ enī edicō ⁊ ſeptuaginta iux̄ gre
cos ⁊ mea iux̄ hebreos : in latinū
meo labore trāſlata ē. Eligat vn⁹
q̄ſq̄ȝ qđ vult ⁊ ſtudioſuȝ me ma
gis q̄ꝫ maliuolū ꝓbet.

## ¶ Alius prologus.

SI aūt fiſcellā iunco
texerem aut palma
rū folia cōplicarem
aut in ſudore vult⁹
mei comederē panē
⁊ vētris opus ſollicita mēte per
tractarē null⁹ morderet nemo rep̄
hēderet. Nūc aūt q̄r iuxta ſentētiā
ſaluatoris volo operari cibū qui
nō perit ⁊ antiquā diuinorū volu
minū viā ſentibȝ virgultiſq̄ȝ pur
gare. error mihi gemin⁹ infligitur
correctoꝛ viciorū falſarius vocor
⁊ errores nō auferre ſed ſerere.
Tāta ē enī vetuſtatis cōſuetudo
ut ēē ꝯfeſſa pleriſq̄ȝ vicia placeāt
dū magis pulchros volūt habē
codices q̄ꝫ emēdatos Quapropē
o fratres dilectiſſimi vniciū nobi
litatis ⁊ humilitatis exēplar ⁊ ꝑ
flabello calatis ſportell'q̄ȝ munuſ
culis monachorū. ſp̄ūalia hec et
māſura dona ſuſcipite ac beatum
iob q̄ adhuc apud latinos iace
bat i ſtercore ⁊ vermibȝ ſcatebat
errorū integrū immaculatū q̄ȝ gau
dete. Quo enī poſt ꝓbacōē atq̄ȝ vi
ctoriā duplicia ſūt ei v'nūſa red
dita ita ego in lingua nr̄a ut au
dacter loquar. feci eū habere que
amiſerat. Igit̄ ⁊ vos ⁊ vnūquēq̄ȝ
lectorē ſolita prefatione ꝯmoneo
⁊ in p̄ncipijs librorū eadē ſemper
ānectēs rogo ut vbicūq̄ȝ ſꝑ prece
dētes virgulas videritis. ſciatis ea
q̄ ſbiecta ſūt in hebraicis volumi
nibus nō haberi. Porro vbi ſtel
le ymago prefulſerit ex hebreo in
ſermone nr̄o addita ſūt. Necnō
⁊ illa que haberi videbant̄. ⁊ ita
corrupta erāt ut ſēſuȝ legētibȝ tol
lerēt ortātibus vobʒ magno laboē
correxi mag̃ utile q̄đ ex odio meo
ecc̄ās xp̄i vēturum rat⁹ q̄ꝫ ex alio
negocio.

## ¶ Explicit prologus.

## ¶ Incipit lib Job. Ca. i.

VIr erat in terra hus
noīe iob. Et erāt vir
ille ſimplex ⁊ rectus
ac timens deū ⁊ rece
dēs a malo. Natiq̄ȝ
ſūt ei ſeptē filij ⁊ tres filie. Et fuit
poſſeſſio eius ſeptēmilia ouiū et
tria milia camelorū quigētaq̄ȝ iu
ga boū ⁊ quingente aſine ac fa
milia multa nimis. Eratq̄ȝ vir ille
magn⁹ inter omēs oriētales. Et
ibāt filij eius ⁊ faciebāt ꝯuiuiū ꝑ
domos vnuſquiſq̄ȝ in die ſuo. Et
mittētes vocabāt tres ſorores ſu
as ut comederent ⁊ biberēt cū eis.
Cūq̄ȝ in orbē tranſiſſent dies ꝯui
uij mittebat ad eos iob et ſācti
ficauit illos ꝯſurgēſq̄ȝ diluculo of
ferebat holocauſta ꝑ ſingulos.
Dicebat eī Ne forte peccauerint fi
lij mei ⁊ bn̄dixerint deo i cordibȝ
ſuis Sic faciebat iob cūctis diebȝ

Quadā aūt die cū veniſſent filij
dei ut aſſiſterēt corā dn̄o affuit i
ter eos etiā ſathan. Cui dixit do
minꝰ. Vn̄ venis? Qui rn̄dēs ait.
Circuiui terrā ⁊ pambulaui eā.
Dixitqꝫ dn̄s ad eū. Nunqd ꝯſide
raſti ſeruū meū iob ꝙ nō ſit ei ſi
milis in terra: hō ſimplex ⁊ rectus
⁊ timēs deū ac recedēs a malo? Cui
rn̄dens ſathā ait. Nunqd fruſtra
timet iob deū? Nōne tu vallaſti
eū ac domū eiꝰ vniuerſāqꝫ ſbſtan
tiā p circuitū? Opibꝰ manuū eiꝰ
bn̄dixiſti et poſſeſſio eiꝰ creuit in
terra. Sed extēde paululū manū
tuā ⁊ tange cuncta q̄ poſſidet niſi
i faciē bn̄dixerit tibi. Dixit ergo
dn̄s ad ſathan. Ecce vniuerſa q̄
hꝫ in manu tua ſūt: tm̄ in eum ne
extēdas manū tuā. Egreſſuſqꝫ ē
ſathan a facie dn̄i Cum aūt q̄dā
die filij ⁊ filie eius comederēt ⁊ bi
berent vinū in domo fr̄is ſui p̄mo
geniti: nunciꝰ venit ad iob q̄ dice
ret. Boues arabant ⁊ aſine paſce
bant͛ iuxta eos ⁊ irruerūt ſabei tu
lerūtqꝫ ōnia ⁊ pueros pcuſſerūt
gladio et euaſi ego ſolꝰ ut nūcia
rē tibi. Cūqꝫ adhuc ille loq̄retur
venit alt͛ ⁊ dixit. Ignis dei cecidit
e celo ⁊ tactas oues pueroſqꝫ con
ſūpſit: ⁊ effugi ego ſolꝰ ut nūcia
rē tibi. Sꝫ ⁊ adhuc illo loq̄nte: ve
nit aliꝰ ⁊ dixit. Chaldei fecerūt tres
turmas et inuaſerūt camelos et
tulerūt eos: necnō ⁊ pueros pcuſ
ſerunt gladio ⁊ ego fugi ſolꝰ ut
nunciarē tibi. Adhuc loq̄batur
ille ⁊ ecce alius intrauit ⁊ dixit. Fi
lijs tuis ⁊ filiabꝰ veſcētibꝰ ⁊ biben
tibꝫ vinū in domo fratris ſui p̄mo
geniti: repēte ventus vehemēs ir
ruit a regiōe deſerti ⁊ ꝯcuſſit q̄tu
or āgulos domꝰ: que corruēs op
p̄ſſit liberos tuos ⁊ mortui ſunt: ⁊
effugi ego ſolꝰ ut nunciarē tibi.
Tūc ſurrexit iob et ſcidit tunicā
ſuā ⁊ tonſo capite corruēs in terā
adorauit ⁊ dixit. Nudꝰ egreſſus
ſū de vtero matris mee ⁊ nudꝰ re
uertar illuc. Dn̄s dedit dominꝰ ab
ſtulit. ſicut dn̄o placuit ita factū
eſt. ſit nomen dn̄i bn̄dictum. In
ōmibꝰ hijs nō peccauit iob labijs
ſuis: neqꝫ ſtultū q̄d ꝯtra deū lo
cutꝰ eſt. Ca. ij.

Factū ē aūt cū quadā die ve
niſſent filij dei ⁊ ſtarēt corā
dn̄o: veniſſetqꝫ ſathan inter eos
⁊ ſtaret in ꝯſpectu eiꝰ ut dicēt do
minꝰ ad ſathan. Vn̄ venis? Qui
rn̄dēs ait Circuiui terā ⁊ pābulaui
eā. Et dixit dn̄s ad ſathan. Nun
quid ꝯſideraſti ſeruū meum iob
ꝙ nō ſit ei ſimilis in terra: vir ſim
plex ⁊ rectus et timens deū ac rece
dens a malo: ⁊ adhuc retinēs in
nocētiam? Tu aūt ꝯmouiſti me
aduerſus eū ut affligerem eū fru
ſtra. Cui rn̄dens ſathan ait. Pel
lē p pelle ⁊ cuncta q̄ habꝫ homo
dabit p anima ſua. Alioquin mit
te manū tuam ⁊ tange os eius ⁊
carnem ⁊ tunc videbis ꝙ in faciē
bn̄dicat tibi. Dixit ergo dn̄s ad
ſathan. Ecce in manu tua ē. verū
tamē animā illiꝰ ſerua. Egreſſus
igit͛ ſathan a facie dn̄i percuſſit
iob vlcē peſſimo: a planta pedis
vſqꝫ ad verticē eius. Qui teſta ſa
niē radebat ſedens i ſterquilinio
Dixit autē illi vxor ſua. Adhuc tu
permanes i ſimplicitate tua? Bn̄
dic deo ⁊ morere. Qui ait ad illā.

Quaſi vna de ſtultis mulieribus
locuta es Si bō ſuſcepimus de ma
nu domini mala q̄re nō ſuſtinea
mꝰ. In oibꝫ hijs n̄ peccauit iob
labijs ſuis. Igit̄ audientes tres
amici iob om̄e maluꝫ qđ accidiſ
ſet ei venerūt ſinguli de loco ſuo eli
phas themanites et baldad ſu
ites ⁊ ſophar naamathites. Cō
dixerāt em̄ ut parit̄ venient̄es viſi
tarēt eū ⁊ ꝯſolarent̄. Cūq̄ eleuaſ
ſent ꝓcul oculos ſuos nō ꝯgno
uerunt eū. Et exclamantes plora
uerūt ſciſſiſq̄ veſtibꝫ ſpſerūt pul
uereꝫ ſup caput ſuū in celū Et ſede
rūt cū eo in terra ſeptē diebus et
ſeptē noctibꝫ ⁊ nemo loquebat̄
ei verbū. Videbāt em̄ dolorē eſſe
vehemētem. ¶ Ca. iij.

Poſt hec aperuit iob os ſuuꝫ
⁊ maledixit diei ſuo ⁊ locutꝰ
ē. Pereat dies in q̄ natꝰ ſū ⁊ nox
in qua dictū ē ꝯceptꝰ ē homo. Di
es illa v̄tatur in tenebras. Nō re
q̄rat eū deus deſup ⁊ nō illuſtret
lumie. Obſcurēt eū tenebre ⁊ vm
bra mortis. Occupet eū caligo ⁊ i
uoluat̄ amaritudie Noctē illā te
nebroſus turbo poſſideat. Nō cō
putet̄ i diebꝫ āni nec numeretur
in mēſibus. Sit nox illa ſolitaria
nec laude digna. Maledicāt ei q̄
maledicūt diei q̄ pati ſūt ſuſcitaē
leuiathan. Obtenebrentur ſtelle
caligine eiꝰ. Expectet lucē ⁊ nō vi
deat nec ortum ſurgētis aurore.
Quia nō ꝯcluſit oſtia vētris q̄ por
tauit me nec abſtulit mala ab o
cul̄ meis. Quare nō i vulua mor
tuus ſū. egreſſus ex vtero nō ſta
tim perij. Quare exceptꝰ genibꝰ
cur lactatꝰ vberibꝫ. Nunc em̄ dor
miēs ſilerē ⁊ ſōno meo requieſce
rē cū regibus ⁊ ꝯſulibꝫ terre. qui
edificāt ſibi ſolitudines q̄ cū pri
cipibꝰ q̄ poſſidēt aurū et replent
domos ſuas argēto Aut ſicut ab
ortiuū abſcōditū nō ſubſiſterem
vl̄ q̄ ꝯcepti nō viderunt lucē. Ibi
impij ceſſauerūt a tumultu et ibi
req̄euerūt feſſi robore ⁊ quondaꝫ
vincti pariter ſine moleſtia. Non
exaudierunt vocē exactoris. Par
uus ⁊ magnus ibi ſūt ⁊ ſeruꝰ lib
a dn̄o ſuo Quare miſero data eſt
lux ⁊ vita hijs q̄ i amaritudie ani
me ſūt. Qui expectāt mortē ⁊ nō
venit quaſi effodiētes theſauruꝫ
gaudētq̄ vehemēter cū inuenerint
ſepulchrū. Viro cuiꝰ abſcōdita
ē via ⁊ circūdedit eū deꝰ tenebris
Anteq̄ꝫ comedā ſuſpiro ⁊ q̄ſi inun
dātes aque ſic rugitꝰ meus q̄ ti
mor quē timebaꝫ euenit mihi et
qđ verebar accidit Nōne diſſimu
laui. Nōne ſilui. Nōne quieui.
Et vēit ſup me idignatio. ¶ Ca. iiij.

Reſpondēs autē eliphas the
manites dixit. Si ceperimus
loqui tibi forſitan moleſte accipi
es. Sed ꝯceptū ſmonē tenere q̄s
poterit. Ecce docuiſti mltos et ma
nus laſſas roboraſti Vacillātes
ꝯfirmauerūt ſmones tui ⁊ genua
tremētia ꝯfortaſti Nūc aūt vēit ſu
per te plaga ⁊ defeciſti tetigit te ⁊
ꝯturbatꝰ es. Timor tuus. fortitu
do tua ⁊ paciētia tua ⁊ pfectio via
rū tuarū. Recordaē obſecro te q̄s
vnq̄ꝫ innocens perijt aut q̄n recti
deleti ſūt. Quin pociꝰ vidi eos q̄
operant̄ iniq̄tatē ⁊ ſemināt dolo
res ⁊ metūt eos flāte deo periſſe ⁊
ſpū ire eius eē ꝯſūptos. Rugitus

leonis ⁊ vox leene ⁊ dētes catulo
rū leonū cōtriti ſunt. Tigris periit
eo ꝙ nō haberet predā ⁊ catuli le
onis diſſipati ſunt. Porro ad me
dictū eſt verbū abſconditū ⁊ q̄ſi
furtiue ſuſcepit auris mea venas
ſuſurrij ei9. In horrore viſiōis no
cturne q̄n ſolet ſopor occupaē ho
mines: pauor tenuit me ⁊ tremor
⁊ ōmia oſſa mea ꝑterrita ſūt. Et cū
ſpūs me pn̄te trāſiret inhorruerūt
pili carnis mee. Stetit quidā cui9
nō agnoſcebā vultū: ymago co
ram oculis meis ⁊ vocē quaſi aure
lenis audiui. Nunq̄d homo dei cō
paratōne iuſtificabitur: aut factorē
ſuo purior erit vir. Ecce q̄ ſeruiūt
ei nō ſūt ſtabiles: ⁊ i angelis ſuis
reperit ꝑuitatē. Quāto magis hij
qui habitāt domos luteas q̄ terre
nū habēt fundamentū cōſumen
tur velut a tinea: de mane vſq; ad
veſperā ſuccidētur: ⁊ ꝙ null9 intel
ligit in eternū peribūt. Qui autē
reliqui fuerint auferent̄ ex eis. mo
rient̄ ⁊ nō in ſapiētia. ¶ Ca. v.

Voca ergo ſi eſt q̄ tibi rn̄deat
⁊ ad aliquē ſcōꝝ cōuertere.
Virū ſtultū interficit iracundia ⁊
paruulū occidit inuidia. Ego vi
di ſtultū firma radice ⁊ maledixi
pulchritudini ei9 ſtatī. Lōge fiēt
filij ei9 a ſalute ⁊ cōterentur i por
ta ⁊ non erit q̄ eruat. Cui9 meſſē
famelic9 comedet ⁊ ipſū rapiet ar
matus ⁊ bibēt ſitientes diuicias
ei9. Nihil in terra ſine cauſa fit ⁊
de humo nō oriet̄ dolor. Hō ad la
borē naſcitur ⁊ auis ad volatū.
Quā ob rē ego deꝑcabor dn̄m: et
ad deū ponam eloquiū meū. Qui
facit magna ⁊ iſcrutabilia ⁊ mirā
bilia abſq; nūero. Qui dat pluui
am ſup faciē terre ⁊ irrigat aq̄s
vniuerſa. Qui ponit humiles i ſb
lime ⁊ merentes erigit ſoſpitate.
Qui diſſipat cogitacōnes malig
norū: ne poſſint implere man9 eo
rū qd̄ ceperant. Qui apprehendit
ſapientes in aſtucia eoꝝ ⁊ cōſili
um prauoꝝ diſſipat. Per diem i
current tenebrīs: ⁊ quaſi in nocte
ſic palpabūt in meridie. Porro
ſaluū faciet egenū a gladio oris
eorū ⁊ de manu violenti pauperē
Et erit egeno ſpes. iniquitas aūt
contrahet os ſuum. Btūs homo
qui corripitur a dn̄o. Increpatio
nem ergo domini ne reprobes ꝙ ip
ſe vulnerat ⁊ medetur: ꝑcutit ⁊ ma
n9 eius ſanabunt. In ſex tribula
cōnib9 liberabit te: ⁊ in ſeptīa nō
tanget te malū. In fame eruet te
de morte ⁊ in bello de manu gla
dij. A flagello lingue abſconderis
⁊ non timebis calamitatē cum ve
nerit. In vaſtitate ⁊ fame ridebis ⁊
beſtias terre nō formidab̄. Sꝫ cū la
pidib9 regionū pactū tuū ⁊ beſtie
terre pacifice erūt tibi. Et ſcies ꝙ pa
cē hēat tabnaculū tuū: ⁊ viſitans
ſpeciē tuā nō peccab̄. Scies q̄ꝫ qm̄
multiplex erit ſemen tuū ⁊ ꝓgeni
es tua quaſi herba terre. Ingredi
eris in abūdantia ſepulchrū: ſic
infertur aceruus in tempe ſuo. Ec
ce hoc ut inueſtigauimus ita eſt
quod auditum mēte pertracta.

¶ Capitulū. vi.

Reſpondens autē iob dixit.
Vtinā appenderent̄ peccata
mea quib9 iram merui: et calami
tas quā pacior in ſtatera quaſi
arena maris hec grauior apparēt

Vñ̄ ⁊ verba mea dolore ſūt plena
q̄ꝛ ſagitte dn̄i in me ſūt quarū in
dignacō ebibit ſpūm meū ⁊ ter
rores dn̄i militāt cō̄tra me. Nun
q̄d rugiet onager cū habuerit her
bā aut mugiet bos cum an̄ preſe
pe plenū ſteterit. Aut poterit co
medi inſulſū q̄d nō ē ſale cōditū.
Aut poteſt aliq̄s guſtare quod
guſtatum affert mortem. Aīi
me eīn eſurienti etiā amara dulcia
eē videnť q̄ prius nolebat tangere
anima mea nūc pre āguſtia cibi
mei ſunt Quis det ut veniat peticio
mea ⁊ q̄d expecto tribuat mihi de
us ⁊ qui cepit ipſe me cōterat. Sol
uat manū ſuā ⁊ ſuccidat me ⁊ hec
mihi ſit cōſolacio ut affligēs me
dolore non parcat nec cōtradicā ſer
mōibꝫ ſancti ſ. Que ē enī fortitudo
mea ut ſuſtineā aut q̄s finis me
us ut patienť agā. Nec fortitudo
lapidum fortitudo mea nec caro
mea enea ē. Ecce nō eſt auxilium
m̄ in me ⁊ neceſſarij q̄ꝫ mei receſſe
rūt a me. Qui tollit ab amico ſuo
miſericordiā timorē dn̄i derelinq̄t.
Frēs mei preterierūt me ſicut tor
rens q̄ raptim trāſit in cōuallib⁹
Qui timēt pruinā irruet ſuper eos
nix. Tēpe quo fuerint diſſipati pe
ribūt et ut incaluerint ſoluēť de
loco ſuo Inuolute ſūt ſemite greſ
ſuū eorū ābulabūt in vacuū ⁊ pe
ribūt. Cōſiderate ſemitas thema
itinera ſaba ⁊ expectate pauliſp.
Cōfuſi ſūt quia ſperaui Venerūt
q̄ꝫ vſq̄ꝫ ad me ⁊ pudore coopti ſūt
Nūc veniſtis ⁊ modo vidētes pla
gā meā timetis. Nūq̄d dixi affer
te mihi ⁊ de ſubſtācia vr̄a donate
m̄ vel liberate me de manu hoſtis
⁊ de manu robuſtorū eruite. Do
cete me ⁊ ego tacebo ⁊ ſi q̄d forte
ignoraui inſtruite me. Quare de
traxiſtis ſermonib⁹ veritatis cū
ē vob̄ null⁹ ſit q̄ poſſit arguere.
Ad increpādū tm̄ eloquia cōcin
natis ⁊ in vētū verba pfertis. Su
per pupillū irruitis ⁊ ſubuertere ni
timini amicū vr̄m. Verūtamē q̄d
cepiſtis explete. Prebete aurē et
videte an mētiar. Reſpondete ob
ſecro abſq̄ꝫ cōtencōne ⁊ loquētes
id q̄d iuſtū ē iudicate Et nō inue
nietis in lingua mea iniq̄tatē nec
in faucib⁹ meis ſtulticia perſona
bit.

## ¶ Capitulū. vij.

Militia ē vita hōis ſup terrā
⁊ ſicut dies mercēnarij dies
eius. Sicut ceru⁹ deſiderat vmbram
⁊ ſicut mercēnarius pſtolať finem
opis ſui ſic ⁊ ego habui mēſes va
cuos ⁊ noctes laborioſas enume
raui mihi. Si dormiero dico quā
do cōſurgā ⁊ rurſū expectabo veſpe
rā ⁊ replebor dolorib⁹ vſq̄ꝫ ad tene
bras. Induta ē caro mea putredi
ne ⁊ ſordib⁹ pulueris cutis mea
aruit ⁊ contracta ē. Dies mei veloci⁹
tranſierūt q̄ꝫ a texēte tela ſuccidi
tur ⁊ cōſūpti ſūt abſq̄ꝫ vlla ſpe. Me
mēto q̄ꝛ vent⁹ ē vita mea ⁊ nō re
uerteť oculus me⁹ ut videat bona
nec aſpiciet me viſus hōis. Oculi
tui in me ⁊ nō ſubſiſtā. Sicut cōſumiť
nubes ⁊ ptrāſit. ſic q̄ deſcenderit
ad inferos nō aſcēdet nec reuerte
tur vltr̄ ī domū ſuā neq̄ꝫ cognoſcet
eū āplius locus eius. Quapropť
⁊ ego n̄ parcā ori meo loq̄r ī tribu
lacōe ſpūs mei cōfabulabor cū
amaritudīe aīe mee Nūq̄d mare
ego ſū aut cet⁹ q̄ꝛ circūdediſti me

carcere. Si dixero ꝯſolabit᷑ me le
ctul⁹ me⁹ ⁊ releuabor loquēs me
cū i ſtratu meo: terrebis me ꝑ ſō
nia ⁊ ꝑ viſiones horrore ꝯcuties
Quā ob rem elegit ſuſpendiū ani
ma mea ⁊ mortē oſſa mea. Deſpe
raui. Nequaq̄ vltrᷓ iā viuā. Par
ce michi: nihil eñ ſūt dies mei Quid
eſt homo q᷑ magnificas eū: ā q̇d
apponis erga eū cor tuum. Viſi
tas eum diluculo: ⁊ ſubito ꝓbas
illū. Vſq₃ quo ñ parcis mihi: nec
dimittis me ut glutiā ſaliuā me
am. Peccaui Quid faciā tibi o cu
ſtos hominū. Quare poſuiſti me
contrariū tibi ⁊ fact⁹ ſū mihimet
ipſi grauis. Cur non tollis pc̄tm̄
meū: ⁊ quare nō aufers iniq̄tatē
meā. Ecce nūc in puluere dormiā
⁊ ſi mane me queſieris nō ſubſi
ſtā. ¶ Ca. viij.

Reſpondēs autē baldath ſui
tes dixit. Vſq₃ q̄ loq̄ris talia
⁊ ſp̄us multiplex oīs ſmōis tui.
Nūq̇d de⁹ ſupplātat iudiciū: aut
ōmipotēs ſubuertit q̇d iuſtū eſt.
Etiā ſi filij tui peccauerūt ei ⁊ dimi
ſit eos i manu iniq̄tatis ſue: tu ta
mē ſi diluculo ꝯſurrexeris ad de
um ⁊ ōmipotentē fueris depcatus
ſi mund⁹ ⁊ rectus inceſſeris: ſtatī
euigilabit ad te ⁊ pacatū reddet
habitaculū iuſtitie tue: intñtū ut
ſi priora tua fuerint parua ⁊ no
uiſſima tua multiplicētur nimis.
Interroga eñ gnāōnē p̄ſtinā ⁊
diligēter inueſtiga patrū memori
am. heſterni q̇ppe ſum⁹ ⁊ ignora
m⁹. qm̄ ſicut vmbrā dies nr̄i ſūt ſu
ꝑ terrā ⁊ ipſi docebūt te. Loquē
tur tibi ⁊ de corde ſuo ꝓferent elo
quia. Nunq̇d viuere pōt ſcirpus
abſq₃ humore aut creſcē carectū ſi
ne aqua. Cū adhuc ſit in flore
nec carpat᷑ manu an̄ oēs herbas
areſcit: ſic vie ōniū q̇ obliuiſcūt᷑
deum ⁊ ſpes ypocrite pibit. Nō ei
placebit vecordia ſua ſic̄ tela ara
nearū fiducia ei⁹. Innitet᷑ ſup do
mū ſuā ⁊ nō ſtabit: fulciet eam ⁊
nō ꝯſurget. Humect⁹ videt᷑ an̄q̄
veniat ſol ⁊ in ortu ſuo germē ei⁹
egrediet᷑. Sup aceruū petrarū ra
dices ei⁹ denſabūtur ⁊ int᷑ lapides
ꝯmorabit᷑. Si abſorbuerit eū de
loco ſuo negabit eū ⁊ dicet. Non
noui te. Hec ē eñ leticia vie eius
ut rurſū de terra alij germinētur.
De⁹ nō ꝓiciet ſimplicē: nec porri
get manū malignis donec imple
atur riſu os tuū ⁊ labia tua iubi
lo. Qui oderūt te induētur ꝯfuſio
ne ⁊ tabernaculū impiorū non ſb
ſiſtet. ¶ Ca. ix.

Et rñdēs iob ait. Vere ſcio
q̇ ita ſit ⁊ q̇ nō iuſtificet᷑ hō
ꝯpoſit⁹ deo. Si voluerit ꝯtēdē cū eo
ñ poterit rñdere ei vnū ꝓ mille. Sa
piēs corde ē ⁊ fortis robore Quis re
ſtitit ei ⁊ pacē habuit. Qui trāſtu
lit mōtes ⁊ neſcierūt hij quos ſb
uertit in furore ſuo. Qui ꝯmouet
terrā de loco ſuo ⁊ colūne ei⁹ ꝯcu
tiūtur. Qui precipit ſoli ⁊ nō orit᷑
⁊ ſtellas claudit quaſi ſb ſigillo
Qui extendit celos ſol⁹ ⁊ gradit᷑
ſup fluct⁹ maris. Qui facit arctu
rum ⁊ oriona ⁊ hyadas et interi
ora auſtri. Qui facit magna ⁊ in
ꝯprehenſibilia et mirabilia q̄⁊ ū
nō eſt nūer⁹ Si venerit ad me nō
videbo eū. ſi abierit nō itelligā Si
repēte interroget quis rñdebit ei.
Vel quis dicere poteſt cur facis.

deus cui⁹ ire nemo reſiſtere pōt
⁊ ſb quo curuātur q̄ portāt orbeꝫ
Quātus ergo ſū ego ut rñdeā ei ⁊
loquar verb̄ meis cū eo. Qui etiā
ſi habuero q̄ppiaꝫ iuſtū nō reſpō
debo ſed meū iudicē dep̄cabor. Et
cum inuocāteꝫ me exaudierit nō
credo ꝙ audierit vocē meā. In tur
bine ei cōteret me ⁊ multiplicabit
vulnera mea etiā ſine cauſa. Nō
ꝯcedit requieſcere ſpūm meū ⁊ im
plet me amaritudinibꝫ. Si fortitu
do q̄rit robuſtiſſim⁹ ē. Si eq̄tas
iudicij nēo audet ꝓ me teſtimoni
um dicere. Si iuſtificare me volue
ro os meū ꝯdemnabit me. Si in
nocētē oſtēdero prauū me ꝯpro
babit. Etiā ſi ſimplex fuero hoc ip
ſum ignorabit aīa mea ⁊ tedebit
me vite mee. Vnū ē q̄d locut⁹ ſū
⁊ innocentē ⁊ impiū ipſe ꝯſumit
Si flagellat occidat ſemel ⁊ non
de penis innocētū rideat. Terra
data ē in man⁹ impij vultū iudi
cum ei⁹ operit. Q̄d ſi nō ille ē quis
ergo eſt. Dies mei velociores fue
rūt curſore fugerūt ⁊ nō viderunt
bonū. Pertranſierūt quaſi naues
poma portātes ſicut aquila volans
ad eſcā. Cū dixero nequaq̄ ita lo
quar cōmuto faciē meā ⁊ dolore
torqueor. Verebar oīa opa mea
ſciens ꝙ nō ꝑceres delinquēti. Si
autē ſic impius ſū quare fruſtra
laboraui. Si lotus fuero q̄ſi aq̄s
niuis ⁊ fulſerint velut mūdiſſime
man⁹ mee tñ ſordib⁹ intingues
me ⁊ abhominabunt me veſtimēta
mea. Neqꝫ enī viro q̄ ſimilis mei ē
rñdebo nec qui mecū in iudicio ex
eq̄ poſſit audiri. Nō ē qui vtrūqꝫ
valeat arguē ⁊ ponere manū ſuā
in ābobus. Auferat a me virgaꝫ
ſuā ⁊ pauor eius nō me terreat.
Loquar ⁊ nō timebo eū. Neqꝫ enī
poſſū metuēs rñdere. ¶ Ca. x.
Tedet aīaꝫ meam vite mee di
mittā aduerſū me eloquiuꝫ
meū. Loquar in amaritudīe aī
me mee dicā deo noli me ꝯdēnare
Indica m̄ cur me ita iudices. Nū
q̄d bonū tibi videtur ſi calūnieris
⁊ opprimas me opus manuū tu
arū ⁊ ꝯſiliū ipiorū adiuues. Nū
q̄d oculi carnei tibi ſūt aut ſicut videt
homo ⁊ tu videb. Nūquid ſicut di
es hoīs dies tui ⁊ anni tui ſicut hūa
na ſūt tēpora ut q̄ras iniquitateꝫ
meā ⁊ pcēm meū ſcruteris. Et ſci
as ꝙ nihil ipiuꝫ fecerim cū ſit ne
mo qui de manu tua poſſit eruere
Man⁹ tue fecerūt me ⁊ plaſmaue
rūt me totū in circuitu ⁊ ſic repēte
precipitas me. Memento q̄ſo ꝙ
ſicut lutū feceris me ⁊ in puluerē
reduces me. Nōne ſicut lac mulci
ſti me ⁊ ſicut caſeū me coagulaſti.
Pelle ⁊ carnibꝫ veſtiſti me oſſibꝫ
⁊ neruis ꝯpegiſti me. Vitā ⁊ miſe
ricordiā tribuiſti m̄ ⁊ viſitacō tua
cuſtodiuit ſpūm meū. Licꝫ hec ce
les i corde tuo tam̄ ſcio ꝙ vniuer
ſorū memineris. Si peccaui et ad
horā pepciſti mihi cur ab iniq̄ta
te mea mūdū me eē nō pateris.
Et ſi impius fuero ve m̄ eſt ⁊ ſi iu
ſtus nō leuabo caput ſaturat⁹ af
flictione ⁊ miſeria. Et ꝓpter ſuper
biā quaſi leena capies me reuer
ſuſqꝫ mirābilit̄ me crucias. Inſtau
ras teſtes tuos ꝯtra me et multi
plicas irā tuaꝫ aduſū me ⁊ pene
militant in me. Quare de vulua
eduxiſti me. Qui vtinā ꝯſūptus

eſſē ne ocul9 me videret·Fuiſſē
quaſi q̄ nō eſſem de vtero trāſlat9
ad tumulū·Nunq̄d nō paucitas
dierū meoꝝ finiet̄ breui·Dimitte
ergo me ut plangā paululū dolo
rem meū anteq̄ꝫ vadā ⁊ nō reuer
tar ad terram tenebroſā ⁊ opertā
mortis caligine terrā miſerie ⁊ te
nebrarū:vbi vmbra mortis ⁊ nl'
lus ordo·ſed ſempitern9 horror in
habitās· ¶ Ca·xi·

Reſpondēs autē ſophar naa
mathites dixit·Nunq̄d qui
multa loq̄tur nō audiet ꝗ̊ vir ver
boſus iuſtificabit̄·Tibi ſoli tace
bunt hoīes ⁊ cū ceteros irriſeris
a nullo cōfutaberis·Dixiſti enim
Purus ē ſermo me9 ⁊ mūd9 ſū in
cōſpectu tuo·Atq̄ꝫ vtinā de9 loq̄
retur tecū ⁊ aperiret labia ſua tibi
ut oſtēderet tibi ſecreta ſapiētie et
ꝙ multiplex eſſet lex ei9 ⁊ intellige
res ꝙ multo minora exigaris ab
eo q̄ꝫ meret̄ iniq̄tas tua·Forſitan
veſtigia dī cōphēdes ⁊ vſq̄ꝫ ad ꝑ
fectum ōmipotētē reperies·Excelſi
or celo eſt·Et qd̄ facies·Profūdi
or inferno ⁊ vn̄ cognoſces·Lōgi
or terra menſura eius ⁊ latior ma
ri·Si ſubuerterit ōnia vel in vnū
coartauerit q̄s contradicet ei vel
quis dicē ei poteſt cur ita facis·
Ipſe enim nouit hominū vanita
tē ⁊ vidēs iniq̄tatē nonne cōſide
rat·Vir van9 in ſupbiam erigit̄
⁊ tanq̄ꝫ pullū onagri ſe liberū na
tum putat·Tu autē firmaſti cor
tuū ⁊ expandiſti ad eum manus
tuas·Si iniq̄tatem que eſt in ma
nu tua abſtuleris a te ⁊ non man
ſerit in tabnaculo tuo iniuſticia:
tūc leuare poteris faciē tuā abſq̄ꝫ
macula ⁊ eris ſtabilis ⁊ nō time
bis·Miſerieq̄ꝫ obliuiſceris ⁊ qua
ſi aq̄rū q̄ preterierūt nō recordabe
ris ⁊ q̄ſi meridian9 fulgor cōſurget
tibi ad veſperā·Et cū te cōſūptū pu
taueris orieris ut lucifer ⁊ habe
bis fiduciam ꝓpoſita tibi ſpe ⁊ de
foſſus ſecur9 dormies·Reqēſces ⁊
nō erit q̄ te exterreat ⁊ deprecabū
tur faciē tuā plurimi·Oculi autē
impioꝝ deficiēt ⁊ effugiū peribit
ab eis ⁊ ſpes illoꝝ abhoīatō aīe·

Reſpōdēs āt iob di ¶ Ca·xii·
xit·Ergo vos eſtis ſoli hoīes
⁊ vobiſcū orietur ſapientia·Etm̄
eſt cor ſicͭ ⁊ vobis nec inferior vrī
ſum·Quis eni hec q̄ noſtis igno
rat·Qui deridet̄ ab amico ſuo ſicͭ
ego:inuocabit deū ⁊ exaudiet eū
Deridetur enī iuſti ſimplicitas:lā
pas cōtempta apud cogitatiōes
diuitū parata ad tēp9 ſtatutum·
Abūdant tabnacula predonū:⁊
audacter ꝓuocant deū cū ipſe de
derit ōnia in man9 eoꝝ·Nimirū in
terroga iumēta ⁊ docebūt te ⁊ vo
latilia celi ⁊ indicabūt tibi·Loq̄re
terre ⁊ rn̄debit tibi ⁊ narrabunt
piſces maris·Quis ignoāt ꝙ om
nia hec man9 dn̄i fecit·In cuius
manu aīa ōnis viuētis ⁊ ſpūs
vniuerſe carnis hoīs·Nōne auris
verba diiudicat ⁊ fauces cōmedē
tis ſaporē·In antiq̄s ē ſapiētia ⁊
in multo tpe prudētia·Apud ipm̄
ē ſapiā ⁊ fortitudo ⁊ ipſe hꝫ cōſiliū ⁊
itelligētiā·Si deſtruxerit nēo ē q̄
edificet·ſi icluſerit hoīem nullꝰ ē q̄
apiat·Si cōtinuerit aq̄s oīa ſiccabū
tur·ſi emiſerit eas ſbūtēt trā·Apd̄
ipſū ē fortitudo ⁊ ſapiētia·Ipſe no
uit ⁊ decipientē ⁊ eū qui decipitur

Adducit ↄſiliarios in ſtultū finē
⁊ iudices i ſtuporē· Baltheū regū
diſſoluit ⁊ precigit fune renes eo
rū· Ducit ſacerdotes inglorios et
optimates ſupplantat· Cōmutās
labiū veraciū ⁊ doctrinā ſenū au
ferens· Effudit deſpectōez ſup prī
cipes ⁊ eos q̄ oppreſſi fuerāt rele
uās· Qui reuelat profūda de tene
bris ⁊ ꝓducit in lucē vmbrā mor
tis· Qui multiplicat gētes ⁊ ꝑdit
eas ⁊ ſubuerſas inītegrū reſtitu
it· Qui immutat cor pricipū popu
li terre ⁊ decipit eos ut fruſtra in
cedāt per inuiū· Palpabūt quaſi
in tenebris ⁊ nō in luce et errare
eos faciet q̄ſi ebrios· ¶ Ca·xiij·

Ecce oīa hec vidit ocul⁹ me
us ⁊ audiuit auris mea et
intellexi ſingula· Scd̄m ſciētiā ve
ſtrā ⁊ ego noui nec inferior veſtri
ſū· Sed tñ ad omīpotētez loquar
⁊ diſputare cū deo cupio pri⁹ vos
oſtēdens fabricatores mēdacij ⁊
cultores ꝑuerſoꝝ dogmatū· Atq̃
vtinā taceretis ut putaremini eē
ſapiētes· Audite ergo correptio
nes meas ⁊ iuditiū labiorū meo
rū attēdite· Nūquid de⁹ indiget
veſtro mēdacio ut ꝓ illo loq̄mini
dolos· Nunq̄d faciē ei⁹ accipitis
⁊ pro deo iudicare nitimini· Aut
placebit ei quē celare nihil pōt ā
decipiet ut homo vr̄is fraudulen
cijs· Ipſe vos arguet quoniā in
abſcōdito faciē ei⁹ accipitis· Sta
tim ut ſe ↄmouerit turbabit vos
⁊ terror ei⁹ irruet ſup vos· Memo
ria vr̄a cōparabit cineri ⁊ redigē
tur in lutum ceruices vr̄e· Tacete
pauliſp ut loq̄r q̄dcunq̃ m̄ mēs
ſuggeſſerit· Quare lacero carnes
meas dētibus meis ⁊ aīaz meam
porto i manib; meis· Etiā ſi occi
derit me in ipſo ſperabo· Verūtamē
vias meas in ↄſpectu ei⁹ arguam
⁊ ipſe erit ſaluator me⁹· Nō enī ve
niet ī ↄſpectu ei⁹ omnis ypocrita·
Audite ſermonē meū et enigma
ta ꝑcipite auribꝫ vr̄is· Si fuero iu
dicatus ſcio ꝙ iuſtus inueniar·
Quis ē q̄ iudicet mecū· Veniat·
Quaē taces conſumor· Duo tm̄
ne facias mihi et tūc a facie tua
nō abſcondar· Manū tuā longe
fac a me ⁊ formido tua nō me ter
reat· Voca me ⁊ rn̄debo tibi ā cer
te loquar ⁊ tu rn̄de m̄· Quantas
habeo iniq̄tates ⁊ peccata ſcelera
mea ⁊ delicta oñde mihi· Cur fa
ciē tuā abſcōdis ⁊ arbitraris me
inimicū tuū· Contr̄ foliū q̄d vēto
rapitur oñdis potētiam tuā et ſti
pulam ſiccam pſequeris· Scribis
enī contr̄ me amaritudines ⁊ ↄſu
mere me vis peccatis adoleſcētie
mee· Poſuiſti in neruo pedē meū
⁊ obſeruaſti omēs ſemitas meas
⁊ veſtigia pedū meoꝝ ↄſideraſti·
Quia q̄ſi putredo ↄſumend⁹ ſum
⁊ q̄ſi veſtimētū q̄d ↄmedit̄ a tinea·
Homo nat⁹ de muliere breui vi
uēs tēpore repletur multis miſeri
is· Qui q̄ſi flos egredit̄ ⁊ ↄteritur
⁊ fugit velut vmbra et nunq̄ in
eodē ſtatu pmanet· Et dignuz du
cis ſup huiuſcemōi aperiē oculos
tuos ⁊ adducere eū tecū in iudici
um· Quis pōt facere mūdū de im
mūdo ↄceptū ſemine· Nōne tu q̄
ſolus es· ¶ Ca·xiiij·

Breues dies hōis ſunt nume
rus mēſiū ei⁹ apd̄ te ē· Con
ſtituiſti terminos ei⁹ q̄ preteriri n̄

poterūt· Recede paululū ab eo ut
quieſcat: donec optata veniat ſic
mercēnarij dies eiꝰ· Lignū habꝫ
ſpem Si preciſū fuerit: ruꝛſū vire
ſcit ⁊ rami eiꝰ pullulant· Si ſenu
erit in terra radix eiꝰ ⁊ in puluere
emoꝛtuꝰ fuerit truncus illius: ad
odoꝛē aque germinabit ⁊ faciet
comā quaſi cū primū plantatū ē
Hō vero cū moꝛtuꝰ fuerit ⁊ nuda
tus atq; ꝯſumptꝰ vbi queſo eſt.
Quo ſi recedāt aque de mari ⁊ flu
uius vacue factꝰ areſcat: ſic hō cū
doꝛmierit non reſurget· Donec at
teratur celum nō euigilabit: nec
conſurget de ſomno ſuo Quis mi
hi hoc tribuat ut ī inferno prote
gas me ⁊ abſcondas me donec ꝑ
tranſeat furoꝛ tuꝰ: ⁊ cōſtituas mi
hi tempꝰ in quo recoꝛderis mei.
Putaſne moꝛtuus homo ruꝛſū vi
uet. Cunctis diebꝰ quibꝰ nūc mi
lito: expecto donec veniat immu
tacō mea· Vocabis me: et ego re
ſpondebo tibi· Operi manuū tuaꝝ
poꝛriges dexterā· Tu quidem greſ
ſus meos dinumeraſti· ſed parce
peccatis meis· Sig̃ſti quaſi in ſac
culo delicta mea· ſed curāſti iniq̄ta
tē meā· Mōs cadēs defluit ⁊ ſaxū
transfert̄ de loco ſuo· Lapides ex
cauāt aque ⁊ alluuiōe paulatim
terra ꝯſumitur ⁊ hoīes ergo ſimili
ter ꝑdes· Roboꝛaſti eū paululum
ne ippetuum trāſiret· Immutab̃
faciē eius ⁊ emittes eū· Siue no
biles fuerīt filij eius ſiue ignobi
les nō intelliget· Attamē caro eiꝰ
dum viuet dolebit ⁊ aīa illiꝰ ſup
ſemetipſo lugebit. ¶ Ca. xv.

Reſpōdens autē eliphā thēa
nites dixit· Nunq̄d ſapiens
rñdebit quāſi in ventū loquēs: ⁊
implebit ardoꝛe ſtomachū ſuū.
Arguis verbis eum qui nō eſt eq̄
lis tui: ⁊ loqueris qđ tibi nō expe
dit· Quantū in te ē euacuaſti timoꝛē
⁊ tuliſti preces coꝛā deo· Docuit
eī iniq̄tas tua os tuū ⁊ imitaris li
guā blaſphemātiū· Cōdēnabit
te os tuū ⁊ nō ego ⁊ labia tua re
ſpondebūt tibi· Nunq̄d primꝰ hō
tu natus es ⁊ ante colles foꝛmatꝰ
Nunq̄d ꝯſilium dei audiſti ⁊ infe
rioꝛ te erit eiꝰ ſapiencia. Quid no
ſti qđ ignoꝛemꝰ quid ītelligis qđ
neſciamꝰ. Et ſenes ⁊ antiqui ſūt
in nobis multo vetuſtioꝛes q̄ꝫ pa
tres tui· Nunq̄d grande eſt ut cō
ſoletur te deꝰ. Sed verba tua pꝛ̄
ua hoc ꝓhibēt· Quid te eleuat coꝛ
tuū ⁊ quaſi magna cogitās atto
nitos habes oculos. Quid tumet
cōtra deum ſpūs tuus ut ꝓferas de
oꝛe tuo huiꝰcemōi ſermōes Quid
eſt homo ut immaculatꝰ ſit: ⁊ ut
iuſtꝰ appareat natus de muliere.
Ecce inter ſanctos eiꝰ nemo imu
tabilis et celi non ſunt mūdi ī cō
ſpectu eiꝰ: q̄nto magis abhomia
bilis ⁊ inutilis homo qui bibit q̄
ſi aquā iniquitatē· Oſtendā tibi
audi me quod vidi narrabo tibi
Sapientes confitētur ⁊ nō abſcō
dunt pr̄es ſuos· Quibꝰ ſolis data
eſt terra ⁊ non tranſiuit alienus
ꝑ eos· Cūctis diebꝰ ſuis impiꝰ ſup
bit: ⁊ nūerꝰ annoꝝ incertꝰ eſt ty
rānidis eiꝰ· Sonitꝰ terroꝛis ſemꝑ
in auribꝰ illiꝰ ⁊ cū pax ſit ille ſep
īſidias ſuſpicat̄· Nō credit q̄ꝫ reuū
ti poſſit de tēbris ad lucē circūſpe
ctās vndiq; gladiū cū ſe moueit
ad q̄rendū panē· Nouit q̄ꝫ paratꝰ

ſit ī manu ei⁹ tenebrarꝫ dies· Ter
rebit eū tribulacõ et āguſtia val
labit eū ſicut regē qui preparatur
ad preliū· Tetēdit aduerſus deū
manū ſuā ⁊ ɔtr̄ omipotētē robo
rat⁹ eſt· Cucurrit aduerſus eū ere
cto collo ⁊ pingui ceruice armat⁹
eſt· Operuit faciē ei⁹ craſſitudo et
de lateribus ei⁹ aruina depēdet·
Habitauit in ciuitatibꝫ deſolatis
⁊ in domib⁹ deſertis q̄ in tumulos
ſunt redacte· Nō ditabit̄ nec perſe
uerabit ſubſtātia ei⁹ nec mittet
ī terrā radicē ſuā· Nō recedet de te
nebris· Ramos ei⁹ areſaciet flā
ma ⁊ auferet̄ ſpū oris eius· Non
credet fruſtr̄ errore decept⁹ ꝙ ali
quo p̄tio redimēdus ſit· Anteꝗ̄
dies eius impleāt̄ pibit ⁊ manus
ei⁹ areſcēt· Ledetur q̄ſi vinea in p̄
mo flore botrus ei⁹ ⁊ quaſi oliua
ꝓitiēs florē ſuū· Cōgregacõ em̄
ypocrite ſteril̄ ⁊ ignis deuorabit
tabernacula eorꝫ q̄ munera liben
ter accipiūt· Cōcepit dolorē ⁊ pe
perit iniq̄tatē ⁊ vterus ei⁹ prepat
dolos. ¶ Ca· xvi·

Reſpondēs aūt iob dixit· Au
diui frequent̄ talia· Cōſolatores
oneroſi omēs vos eſtis· Nūquid
habebūt finē verba vētoſa· Aut
aliq̄d tibi moleſtū ē ſi loquaris·
Poterā ⁊ ego ſimilia vr̄i loq̄· Atꝫ
vtinā eſſet aīa vr̄a ꝓ anima mea·
Cōſolarer ⁊ ego vos ſermonib⁹
⁊ mouerē caput meū ſup vos· Ro
borarem vos ore meo ⁊ mouerē la
bia mea q̄ſi parcens vobis· Sꝫ q̄d
agam· Si locut⁹ fuero nō q̄eſcit
dolor meus ⁊ ſi tacuero nō recedet
a me· Nūc aūt oppreſſit me dolor
me⁹ ⁊ in nihilū redacti ſūt oēs ar
tus mei· Ruge mee teſtimonium
dicunt contr̄ me ⁊ ſuſcitat̄ falſilo
quus aduſus faciē meā ɔtr̄dicēs
m̄· Collegit furorē ſuū in me ⁊ cō
minās m̄ infremuit cōtr̄ me dēti
bus ſuis· Hoſtis me⁹ terribilib⁹
ocul̄ me intuitus ē· Aperuerūt ſu
per me ora ſua ⁊ exprobrātes per
cuſſerūt maxillā meā ſaciati ſunt
penis meis· Cōcluſit me de⁹ apd
iniquū ⁊ manib⁹ impiorū me tra
didit· Ego ille quondā opulētus
repēte ɔtrit⁹ ſū tenuit ceruicē me
am· Cōfregit me ⁊ poſuit ſibi q̄ſi
in ſignū· circūdedit me lanceis ſu
is ɔuulnerauit lūbos meos· Non
pepcit ⁊ effudit ī t̄ra viſcera mea
Cōſcidit me vulnere ſup vulnus
irruit ī me q̄ſi gygas· Saccū con
ſui ſup cutē meā ⁊ operui cinē car
nem meā· Facies mea intumuit
fletu ⁊ palpebre me caligauerūt
Hec paſſus ſū abſqꝫ iniq̄tate ma
nus mee cū haberē mūdas ad de
um preces· Terra ne operias ſāgui
nē meū neqꝫ inueniat ī te locum
latēdi clamor meus· Ecce em̄ in ce
lo teſtis me⁹ ⁊ ɔſcius meus in ex
celſis· Verboſi amici mei· ad deum
ſtillat oculus me⁹· Atqꝫ vtinā ſi
iudicaret̄ vir cū deo quō iudicat̄
filius hōis cū collega ſuo· Ecce ei
breues āni trāſeunt ⁊ ſemitā per
quā nō reūtar ābulo ¶ Ca· xvij·

Spiritus me⁹ attenuabitur
dies mei breuiabunt̄ ⁊ ſolū
mihi ſupeſt ſepulchrū· Nō pecca
ui ⁊ in amaritudinibus moratur
ocul⁹ me⁹· Libera me ⁊ pone me
iux̄ te ⁊ cuiuſuis man⁹ pugnet cō
tr̄ me· Cor eorꝫ lōge feciſti a diſci
plina ꝓpterea non exaltabuntur

Predã pollicet̃ ſocijs ⁊ oculi filio
rũ eiꝰ deficient. Poſuit me quaſi ĩ
ꝓuerbiũ vulgi ⁊ exẽplum ſum co
ra3 eis. Caligauit ad indignatio
ne3 oculꝰ meus ⁊ mẽbra mea q̃ſi
in nihilũ redacta ſunt. Stupebãt
iuſti ſup hoc ⁊ innocẽs cont̃ ypo
critam ſuſcitabitur. Et tenebit iu
ſtꝰ via3 ſua3 ⁊ mundꝰ manibus
addet fortitudinẽ. Igit̃ oẽs vos cõ
uertimini ⁊ venite ⁊ nõ inueniam
in vobis vllu3 ſapientẽ. Dies mei
tranſierũt cogitacões mee diſſi
pate ſunt torquẽtes cor meũ. No
ctẽ verterunt in die3: ⁊ rurſũ poſt
tenebras ſpero lucẽ. Si ſuſtinuẽo
infernꝰ domus mea eſt: ⁊ in tene
bris ſtraui lectulũ meũ. Putredi
ni dixi pater meꝰ es: mater mea ⁊
ſoror mea vermibꝰ. Vbi eſt ergo
nũc pſtolacõ mea: ⁊ pacientiam
meã quis cõſiderat. In ꝓfundiſſi
mũ infernũ deſcendẽt õnia mea.
Putaſne ſaltẽ ibi ei t requies m̃.

Reſpondens aũt ❡Ca. xviij.
baldad ſuites dixit. Vſq3
ad quẽ fine3 verba iactabis. In
tellige priꝰ ⁊ ſic loquamur. Quare
r̃putati ſumꝰ ut iumẽta: ⁊ ſorduí
mꝰ cora3 te. Qui pdis animã tuã
in furore tuo. Nũquid ꝓpter te de
relinquetur terra Et trãſferentur
rupes de loco ſuo. Nõne lux ipſi
extinguetur: nec ſplendebit flam
ma ignis eiꝰ. Lux obtenebreſc3
in tabernaculo illius: ⁊ lucerna q̃
ſup eũ eſt extinguetur. Artabũt
greſſus virtutis eiꝰ: ⁊ p̃cipitabit
eũ conſiliũ ſuum. Immiſit enim
in rete pedes ſuos ⁊ in maculis eiꝰ
ambulat. Tenebit̃ planta illius
laqueo ⁊ exardeſcet cõn̄ eũ ſitis.

Abſcõdita eſt in terra pedica eiꝰ
⁊ decipula illiꝰ ſup ſemita3. Vndi
q3 terrebũt eũ formidines ⁊ inuol
uent pedes eius. Attenuet̃ fame
robur eius et media inuadat co
ſtas illius. Deuoret pulchritudi
nẽ cutis eius ⁊ cõſumat brachia
illiꝰ primogenita mors. Auellat̃
de tabnaculo ſuo fiducia eiꝰ ⁊ cal
cet ſup eum quaſi rex interitꝰ. Ha
bitẽt in tabernaculo illiꝰ ſocij eiꝰ
q̃ non ẽ: aſpgatur in tabernaculo
eiꝰ ſulphur. Deorſu3 radices eius
ſiccẽtur. ſurſũ autẽ atterat̃ meſſiſ
eiꝰ. Memoria illiꝰ peat de terra et
nõ celebret̃ nomẽ eiꝰ ĩ plateis. Ex
pellet eũ de luce in tenebras ⁊ de
orbe trãſferet eũ. Non erit ſemen
eius neq3 ꝓgenies in populo ſuo:
nec vlle reliquie in regionibꝰ eiuſ
In die eiꝰ ſtupebunt nouiſſimi et
p̃mos inuadet horror. Hec ſũt er
go tabernacula iniqui ⁊ iſte locꝰ
eius q̃ ignorat deũ. ❡Ca. xix.

Reſpondẽs autẽ iob dixit. Vſ
quequo affligitis animam
mea3 ⁊ atteritis me ſermonibꝰ.
En decies cõfunditis me ⁊ nõ eru
beſcitis opprimentes me. Nempe
et ſi ignoraui meciũ erit ignoran
tia mea. At vos cõtra me erigimini
⁊ arguitis me obprobrijs meis.
Saltem nunc intelligite quia deꝰ
nõ equo iudicĩõ afflixerit me ⁊ fla
gellis ſuis me cinxerit Ecce clama
bo vim paciens et nemo audiet:
vociferabor ⁊ nõ ẽ q̃ iudice3. Semi
tã meã circũſepſit ⁊ trãſire nõ poſ
ſũ ⁊ ĩ calle meo tẽbras poſuit Spo
liauit me gloia mea ⁊ abſtulit co
ronã de capite meo. Deſtruxit me
vndiq3 ⁊ peo ⁊ q̃ſi euulſe arboris

abſtulit

ſpem meā · Iratꝰ eſt contᷓ me fu
roꝛ eiꝰ ⁊ ſic me habuit q̄ſi hoſtē
ſuū · Simul venerūt latrōes eiꝰ ⁊
fecerūt ſibi viā ꝑ me ⁊ obſederūt ī
gyro tabernaculū meū · Fratres
meos longe fecit a me ⁊ noti mei
q̄ſi alieni receſſerūt a me · Dereliq̄
rūt me ꝓpinqui mei ⁊ q̄ me noue
rāt obliti ſūt mei · Inquilini domꝰ
mee ⁊ ancille mee ſicut alienū ha
buerūt me ⁊ quaſi pegrinꝰ fui in
oculis eoꝝ · Seruū meū vocaui ⁊
nō rn̄dit ore ꝓprio dep̄cabar illū ·
Halitū meū exhoꝛruit vxoꝛ mea
⁊ oꝛabā filios vteri mei · Stulti q̄ȝ
deſpitiebant me et cū ab eis receſ
ſiſſem detrahebāt mihi · Abhomi
nati ſūt me quōdā ꝯſiliarij mei
⁊ quē maxime diligebā auerſatꝰ
eſt me · Pelli mee ꝯſumptis car
nibus adheſit os meū ⁊ derelicta
ſūt tm̄modo labia circa dētes me
os · Miſeremi mei miſeremini mei
ſaltē vos amici mei qꝛ manꝰ dn̄i
tetigit me · Quare pſeq̄mini me ſi
cut deꝰ ⁊ carnibus meis ſaturamī
ni · Quis mihi tribuat ut ſcribāt̄
ſermōes mei · Quis m̄ det ut exa
rent̄ ī libro ſtilo ferreo ⁊ plūbi la
mina vel celte ſculpātur in ſilice ·
Scio em̄ qꝛ redēptoꝛ meꝰ viuat et
in nouiſſimo die de terra ſurrectu
rꝰ ſū · Et rurſū circūdabo: pelle mea
⁊ in carne mea videbo deū · Quē vi
ſurus ſū ego ipſe ⁊ oculi mei ꝯſpe
cturi ſunt ⁊ non alius · Repoſita ē
hec ſpes mea in ſinu meo · Quare
ergo nūc dicitis pſeq̄mur eū ⁊ ra
dicē verbi inueniamꝰ ꝯtrᷓ eum ·
Fugite ergo a facie gladij q̄ niaȝ
vltoꝛ iniq̄tatū gladius ē ⁊ ſcitote
eſſe iudicium · ¶ Ca · xx ·

Reſpōdens autē ſophar naa
mathites dixit · Idcirco co
gitacōes mee varie ſuccedūt ſibi
⁊ mēs ī diuerſa rapit̄ · Doctrinā
qua me arguis audiā ⁊ ſpūs in
telligētie mee rn̄debit mihi · Hoc
ſcio a principio ex q̄ eſt poſitꝰ ho
mo ſup terrā qꝛ laus impioꝝ bre
uis ſit ⁊ gaudium ypocrite ad in
ſtar pūcti · Si aſcēderit vſq̄ȝ ad ce
lū ſupbia eiꝰ ⁊ caput eiꝰ nubes te
tigerit quaſi ſterq̄linū in fine per
detur ⁊ qui eū viderāt dicent Vbi
ē · Velut ſomniū auolās non in
uenief · trāſiet ſicut viſio noctur
na · Oculꝰ qui eū viderat nō vide
bit neq̄ȝ vltrᷓ intuebit̄ eū locꝰ ſuꝰ
Filij eius atterent̄ egeſtate ⁊ ma
nꝰ illius reddent ei doloꝛē ſuū · Oſ
ſa eius īplebūtur vicijs adoleſcē
tie eius ⁊ cū eo ī puluere doꝛmiēt ·
Cum em̄ dulce fuerit in oꝛe eius
malū abſcōdit illud ſub lingua
ſua · Parcē illi ⁊ nō derelinquet illd̄
⁊ celabit ī gutture ſuo · Panis eiꝰ
in vtero illiꝰ vertet̄ in fel aſpidū
intrinſecꝰ · Diuitias quas deuora
uit euomet et de vētre illius extrᷓ
het eas deꝰ · Caput aſpidū ſuget
⁊ occidet eū lingua vipere · Nō vi
deat riuulos fluminis toꝛrētis mellꝭ
⁊ butiri · Luet que fecit oīa nec ta
mē ꝯſumet̄ · Iuxᷓ multitudinē ad
inuētionū ſuaꝝ ſic ⁊ ſuſtinebit q̄
niā ꝯfringens nudauit paupis
domū rapuit ⁊ nō edificauit eā
nec ē ſaciatus venter eiꝰ · Et cū ha
buerit q̄ ꝯcupierat poſſidere nō
poterit · Nō remāſit de cibo eius et
ꝓpterea nihil pmanebit de bonis
eius · Cum ſaciatus fuerit artabi
tur eſtuabit ⁊ omnis doloꝛ irruet

ſup eū. Vtinā impleatur venter
eius ut emittat in eum irā furoris
ſui ⁊ pluat ſup illū bellum ſuū. Fu
giet arma ferrea ⁊ irruet in arcū
ereum: eductus ⁊ egrediēs de va
gina ſua ⁊ fulgurās ī amaritudi
ne ſua. Vadent ⁊ veniēt ſup eum
horribiles. Omēs tenebre abſcō di
te ſunt in occultis ei⁹. Deuorabit
eum ignis qui nō ſuccenditur. Af
fligetur relict⁹ in tabernaculo ſuo
Reuelabunt celi iniq̄tatē ei⁹ ⁊ ter
ra cōſurget aduerſus eū. Apertū
erit germen dom⁹ illius detrahet
in die furoris dei. Hec eſt pars ho
minis impij a deo ⁊ hereditas ver
borum eius a domino.

¶ Capitulū viceſimūprimū.

Reſpondens autem iob dixit
Audite queſo ſermōes me
os ⁊ agite penitētiam. Suſtinete
me ut ⁊ ego loquar ⁊ poſt mea ſi
videbitur verba ridete. Nunqđ cō
tra hominē diſputacō mea eſt ut
merito non debeā cōtriſtari. At
tēdite me ⁊ obſtupeſcite ⁊ ſuppo
nite digitū ori veſtro. Et ego quā
do recordatus fuero ptimeſco: et
cōcutit carnem meā tremor. Qua
re ergo impij viuunt: ſubleuati ſūt
cōfortatiq; diuicijs. Semen eoꝝ
pmanet corā eis: ꝓpinquoꝝ tur
ba ⁊ nepotum in cōſpectu eorum.
Dom⁹ eorū ſecure ſunt ⁊ pacate ⁊
non eſt virga dei ſup illos. Bos
eoꝝ concepit ⁊ nō abortiuit. vac
ca pepit ⁊ non eſt p̄uata fetu ſuo
Egrediuntur quaſi greges puuli
eorū ⁊ infantes eoꝝ exultant luſi
b⁹. Tenent tympanū ⁊ cytha
ram ⁊ gaudent ad ſonitū organi.
Ducūt in bonis dies ſuos ⁊ in pū

cto ad infernū deſcēdunt. Qui di
xerunt deo recede a nobis ⁊ ſcienti
am viarū tuarum nolum⁹. Quis
eſt ōmipotens ut ſeruiam⁹ ei. Et
quid nobis ꝓdeſt ſi orauerimus
illum. Verūtamen quia nō ſunt
in manu eorū bona ſua: conſiliū
impioꝝ longe ſit a me. Quociēs
lucerna impiorum extinguetur ⁊
ſuperueniet eis inūdatio ⁊ doloēs
diuidet furoris ſui. Erunt ſicut pa
lee ante faciem venti ⁊ ſicut fauil
la quā turbo diſpergit. De⁹ ſerua
bit filijs illius dolorem patris: et
cū reddiderit tunc ſciet. Videbūt
oculi ei⁹ interfectōem ſuā ⁊ de fu
rore ōmipotentis bibet. Quid eni
ad eum pertinet de domo ſua poſt
ſe. Et ſi numerus menſiū ei⁹ dimi
dietur. Nunqđ deum docebit q̄ſ
piam ſcientiā qui excelſos iudi
cat. Iſte moritur robuſt⁹ ⁊ ſan⁹
diues et felix: viſcera eius plena
ſunt adipe ⁊ medullis oſſa illius
irrigantur. Alius vero moritur ī
amaritudine anime ſue abſq; vl
lis opib⁹ ⁊ tamen ſimul in puluē
re dormient ⁊ vermes operiēt eos
Certe noui cogitacōnes veſtras:
⁊ ſentencias contra me iniquas
dicitis enim. Vbi eſt dom⁹ prin
cipis ⁊ vbi tabernacula impiorū
Interrogate quēlibet de viatori
bus ⁊ hec eadem illum intelligere
cognoſcetis. Quia in diē pdicōis
ſeruatur malus ⁊ ad diē furoris
ducetur. Quis arguet coram eo
vias eius ⁊ que fecit quis reddet
illi. Ipſe ad ſepulchra ducetur ⁊
in congerie mortuorū vigilabit
Dulcis fuit glareis cocyti ⁊ pt⁹ ſe
oēm hoīem trahet ⁊ añ ſe innūerabiles

Quo igit̄ ꝯſolamini me fruſtr̄ cū
reſpōſio vr̄a repugnare oſtēſa ſit ve
ritati. ¶ Capi. xxij.

Reſpōdēs aūt eliphas thema
nites dixit. Nūquid deo pōt
ꝯparari homo etiā cum pfc̄e fuerit
ſciētie. Quid pdeſt deo ſi iuſtꝰ fue
ris aūt qd ei ꝯfers ſi immaculata
fuerit vita tua. Nunqd timēs ar
guet te ⁊ veniet tecū in iudiciū et
non ppter maliciā tuā plurimā ⁊
infinitas iniqtates tuas. Abſtu
liſti enī pignꝰ fratrū tuoꝝ ſine cā
⁊ nudos ſpoliaſti veſtibꝰ. Aquā
laſſo nō dediſti et eſuriēti ſubtra
xiſti panē. In fortitudine brachij
tui poſſidebas terrā ⁊ potētiſſimꝰ
obtinebas eam. Viduas dimiſi
ſti vacuas ⁊ lacertos pupillorū
ꝯminuiſti. Propterea circūdatus
es laqueis ⁊ ꝯturbat te formido
ſubita. Et putabas te tēebras nō
viſurū ⁊ ipetu aquaꝝ inundātiū
nō oppreſſū iri. An cogitas q de
us excelſior celo ſit ⁊ ſup ſtellarū
verticē ſublimet̄. Et dicis. Quid ei
nouit deꝰ. Et quaſi p caliginē iu
dicat. Nubes latibulū eiꝰ nec nr̄a
ꝯſiderat ⁊ circa cardines celi pam
bulat. Nunqd ſemitā ſeculoꝝ cu
ſtodire cupis quā calcauerūt viri
iniq qui ſublati ſūt ante tēpꝰ ſuum
⁊ fluuiꝰ ſubuertit fundamētū eoꝝ.
Qui dicebant dō recede a nobis ⁊
quaſi nihil poſſit facere ōnipotēs
eſtimabāt eū cū ille impleſſet do
mos eorū bonis. Quorū ſētētia p
cul ſit a me. Videbūt iuſti et leta
būtur ⁊ innocēs ſubſānabit eos.
Nonne ſucciſa ē erectio eoꝝ ⁊ reliq
as eorū deuorauit ignis. Acquie
ſce igit̄ ei ⁊ habeto pacem ⁊ p hec
habebꝭ fructꝰ optimos. Suſcipe ex
ore illiꝰ legē ⁊ pone ſermones eiꝰ
in corde tuo. Si reuerſus fueris ad
ōnipotētem edificaberis ⁊ lōge fa
ciet iniqtatē a tabnaculo tuo. Da
bit p terra ſilicem ⁊ pro ſilice tor
rentes aureos. Eritq ōnipotēs ꝯ
tra hoſtes tuos ⁊ argentū coacer
uabit̄ tibi. Tūc ſup ōnipotētē de
licijs affluēs ⁊ eleuabis ad deū fa
ciē tuā. Rogabis eū ⁊ exaudiet
te ⁊ vota tua reddes. Decernes rē
⁊ veniet tibi ⁊ in vijs tuis ſplēde
bit lumen. Qui enī hūiliatꝰ fuerit
erit in gloria ⁊ q inclinauerit ocu
los ipē ſaluabit̄. Saluabit̄ inno
cēs ſaluabitur autē mūdicia ma
nuum ſuarum. ¶ Ca. xxiij.

Reſpōdens autē iob ait. Nūc
quoq in amaritudie ē ſmo
meꝰ ⁊ manꝰ plage mee aggraua
ta eſt ſup gemitū meū. Quis mihi
tribuat ut cognoſcā ⁊ inueniam
illū ⁊ veniā vſq ad ſoliū eius.
Ponā corā eo iudiciū et os meū
replebo increpacōibꝰ ut ſciā ver
ba que mihi rn̄deat ⁊ intelligam
qd loquat̄ mihi. Nolo multa for
titudine ꝯtendat mecū nec mag
nitudinis ſue mole me pmat. Pro
ponat equitatē ꝯtra me ⁊ pueni
et ad victoriā iudiciū meū. Si ad
orientē iero nō apparet ſi ad occi
dētem nō intelligā eū. Si ad ſini
ſtrā quid agā. Nō apprehēdam
eū. Si me vertam ad dexterā nō vi
debo illum. Ipſe vero ſcit viā me
am ⁊ pbabit me quaſi auꝝ qd p
ignem tranſit. Veſtigia eiꝰ ſecutus
eſt pes meꝰ viam eiꝰ cuſtodiui et
non declinaui ex ea. A mandatis
labioꝝ eiꝰ non receſſi ⁊ i ſinu meo

abſcondi verba oris eiꝰ. Ipſe eñi
ſolꝰ eſt ⁊ nemo auertere pōt cogi
tacōem eius ⁊ aīa eiꝰ qđcūq; vo
luit hoc fecit. Cūq; expleuerit in
me voluntatē ſuam ⁊ alia multa ſi
milia preſto ſūt ei. Et idcirco a fa
cie eiꝰ turbatus ſū ⁊ ɔſiderās eū
timore ſollicitor. Deꝰ molliuit cor
meū ⁊ ōipotens ɔturbauit me.
Nō ei periȷ̄ ꝓpter imminētes tene
bras: nec faciem meā operuit cali
go.

¶ Ca. xxiiij.

Ab ōipotēte nō ſunt abſcon
dita tpa. qui aūt nouerunt
eum ignorāt dies illiꝰ. Aliȷ̄ termi
nos trāſtulerunt: diripuerūt gre
ges ⁊ pauerūt eos. Aſinū pupil
loꝝ abegerūt ⁊ abſtulerūt ꝓ pig
nore bouē vidue. Subuerterunt
pauperū viā ⁊ oppreſſerūt pariter
māſuetos tre. Aliȷ̄ quaſi onagri ī
deſerto egrediūtur ad opꝰ ſuum:
vigilanteſq; ad predā preparant
panē liberis. Agrū nō ſuū deme
tunt ⁊ vineā eiꝰ quē vi oppreſſe
rūt vindemiāt. Nudos dimittunt
hoīes indumēta tollentes quibꝰ
nō eſt operimentū in frigore. quos
ymbres montiū rigant et nō ha
bentes velamē amplexātur lapi
des. Vim fecerunt deprędantes pu
pillos ⁊ vulgū pauperē ſpoliaue
rūt. Nudis ⁊ incedētibꝰ abſq; veſti
tu ⁊ eſurientibꝰ tulerūt ſpicas. In
ter aceruos eoꝝ meridiati ſunt: q̄
calcatis torcularibꝰ ſitiūt. De ciui
tatibꝰ fecerūt viros gemere ⁊ aī
ma vulneratoꝝ clamauit ⁊ deus
inultū abire nō patit̄. Ipſi fuerūt
rebelles lumī. Neſcierūt vias eiꝰ
nec reuerſi ſūt p̄ ſemitas illiꝰ. Ma
ne primo ɔſurgit homicida: inter
ficit egenū ⁊ pauperē. p̄ noctē ve
ro erit q̄ſi fur. Oculꝰ adulteri ob
ſeruat caliginē dicēs nō me vide
bit oculꝰ ⁊ operiet vultū ſuū. Per
fodit in tenebris domos ſicut in
die condixerāt ſibi ⁊ ignorauerūt
lucē. Si ſubito apparuerit aurora
arbitrātur vmbrā mortis et ſic ī
tenebris quaſi in luce ābulāt. Le
uis eſt ſup faciē aque. Maledcā
ſit pars eiꝰ in terrā: nec ābulet p̄
viā vineaꝝ. Ad nimiū calorē trā
ſiet ab aquis niuiū ⁊ vſq; ad in
feros peccatū illiꝰ. Obliuiſcat̄ eiꝰ
miſericordia. Dulcedo illiꝰ vermes
Non ſit in recordacōe. ſed ɔterat̄
ſicut lignū infructuoſū. Pauit eñi
ſterilem ⁊ que nō parit et vidue
bene non fecit. Detraxit fortes in
fortitudine ſua ⁊ cū ſteterit nō cre
det vite ſue. Dedit ei deꝰ locū peni
tentie ⁊ ille abutitur eo in ſupbia
Oculi autē eiꝰ ſunt in viȷ̄s illiꝰ. Ele
uati ſūt ad modicum ⁊ nō ſubſi
ſtent ⁊ humiliabūtur ſicut ōia
⁊ auferentur ⁊ ſicut ſūmitates ſpi
carum ɔterentur. Quod ſi non ē
ita quis me poteſt arguere eē mē
titum ⁊ ponere ante deum verba
mea.

¶ Ca. xxv.

Reſpondens autē baldad ſui
tes dixit. Poteſtas ⁊ terror
apud eum eſt qui facit ɔcordiā
in ſublimibꝰ ſuis. Nunq̄d eſt nūe
rus militū eiꝰ ⁊ ſup quē nō ſurgit
lumē illius. Nunq̄d iuſtificari po
teſt homo ɔpatus deo: aut appa
rere mūdꝰ natus de muliere. Ecce
luna eē nō ſplendet ⁊ ſtelle ñ ſūt
munde in ɔſpectu eius q̄ñto ma
gis hō putredo ⁊ filius hominis
vermis.

¶ Ca. xxvi.

Reſpõdẽs aũt iob dixit· Cu
ius adiutor es? Nũquid im
becillis ⁊ ſuſtẽtas brachiũ eiꝰ q̃
non ẽ fortis? Cui dediſti cõſilium
Forſitan illi qui nõ h̃et ſapientiã
⁊ prudẽtiam tuam oñdiſti pluri
mã· Quẽ docere voluiſti? Nõne eũ
qui fecit ſpiramentũ? Ecce gygã
tes gemũt ſb̃ aquis et qui habi
tant cũ eis· Nudꝰ eſt infernus corã
illo ⁊ nullũ ẽ opimentũ pdicõni
Qui extẽdit aq̃lonem ſup vacuũ
⁊ appendit terrã ſup nihili· Qui li
gat aquas in nubibꝰ ſuis ut nõ
erũpant pariť deorſum· Qui tenet
vultũ ſolij ſui ⁊ expãdit ſup illd
nebulam ſuã· Terminũ circũde
dit aquis vſq3 dum finiãtur lux ⁊
tenebre· Colũne celi cõtremiſcũt·
⁊ pauent ad nutũ eius· In fortitu
dine illiꝰ repẽte maria cõgregata
ſũt ⁊ prudẽtia eius pcuſſit ſupbũ
Spũs eiꝰ ornauit celos ⁊ obſtetri
cãte manu eiꝰ edictꝰ ẽ coluber tor
tuoſus· Ecce hec ex parte dicta ſũt
viaꝝ eius· Et cũ vix paruã ſtillaꝫ
ſermonis eiꝰ audierimꝰ quis po
terit tonitruũ magnitudinis illi
us intueri? ¶ Capitu· xxvij·

Addiditquoq3 iob aſſumẽs
parabolam ſuã ⁊ dixit· Viuit
deꝰ qui abſtulit iudiciũ meũ ⁊ oĩ
potens q̃ ad amaritudinẽ addu
xit aĩaꝫ meã· q2 donec ſupeſt ali
tus in me ⁊ ſpũs dei in naribꝰ me
is non loq̃ntur labia mea iniq̃ta
tẽ· nec lingua mea meditabiť mẽ
daciũ· Abſit a me ut iuſtos eſſe
vos iudicẽ· Donec deficiã nõ rece
dam ab innocẽtia mea· Juſtifica
tõem meaꝫ quã cepi tenere nõ de
ſerã· Neq3 enĩ reprehẽdit me cor
meũ in õni vita mea· Sicut impiꝰ
inimicꝰ meꝰ ⁊ aduerſariꝰ meus q̃
ſi iniquꝰ· Que ẽ enĩ ſpes ypocrite
ſi auare rapiat ⁊ nõ liberet deꝰ aĩ
mã eius? Nunq̃d deꝰ audiet cla
morẽ eius cũ venerit ſup eũ angu
ſtia? Aut poterit in õnipotẽte de
lectari ⁊ inuocarẽ deũ õni tpe? Do
cebo vos p manũ dĩ que õnipotẽs
habeat nec abſcõdam· Ecce õnes
vos noſtis ⁊ q̃d ſine cauſa vana
loq̃mini? Hec ẽ pars hõis impij
apud deũ ⁊ hereditas violẽtoruꝫ
quã ab oĩpotente ſuſcipient· Si
multiplicati fuerint filij eiꝰ in gla
dio erũt ⁊ nepotes eiꝰ nõ ſatura
buntur pane· Qui reliq̃ fuerint ex
eo ſepeliẽtur ĩ interitu ⁊ vidue illi
us nõ plorabũt· Si cõportauerit
q̃ſi terra argentũ ⁊ ſicut lutũ pre
parauerit veſtimẽta: pparabit quidẽ
ſed iuſtꝰ veſtieť illis ⁊ argentum
innocens diuidet· Edificauit ſicut ti
nea domũ ſuam ⁊ ſicut cuſtos fe
cit vmbraculũ· Diues cũ dormierit
nihil ſecũ auferꝫ aperiet oculos ſu
os ⁊ nihil inueniet· Apprehẽdet eũ
quaſi aq̃ inopia nocte opprimet
eũ tẽpeſtas· Tollet eũ ventꝰ vrẽs
⁊ auferet ⁊ velut turbo rapiet eũ
de loco ſuo· Et mittet ſup eũ et nõ
parcet de manu eiꝰ fugiens fugi
et· Stringet ſup eum manꝰ ſuas:
⁊ ſibilabit ſup illũ intuẽs locũ eiꝰ·

Habet argẽtũ ¶ Ca· xxviij·
venarũ ſuarum pricipia et
auro locus ẽ in quo cõflatur· Fer
rũ de terra tolliť ⁊ lapis ſolutꝰ ca
lore in es vertiť· Tempꝰ poſuit te
nebris ⁊ vniuſorum finẽ ipſe cõ
ſiderat· Lapidez quoq3 caliginis ⁊
vmbrã mortis diuidet torrens a

populo pegrināte eos q̄s oblitꝰ
eſt pes egētis hoīs ꝛ inuios. Ter
ra de q̄ oriebat̄ panis: in loco ſuo
igni ſubuerſa ē. Locus ſaphiri la
pides eius ꝛ glebe illiꝰ aurū. Semi
tā ignorauit auis nec intuitꝰ eſt
oculos vulturis. Nō calcauerūt
eā filij inſtitoꝝ nec ptrāſiuit per
eā leena. Ad ſilicē extēdit manū
ſuā ſubuertit a radicibꝰ montes.
In petris riuos excidit ꝛ ōne p̄ci
oſum vidit oculꝰ eiꝰ. Profūda q̄ꝫ
fluuioꝝ ſcrutatꝰ eſt ꝛ abſcōdita
ꝓduxit in lucē. Sapiētia vero vbi
inuenit̄ ꝛ quis ē locus intelligen
tie. Neſcit homo preciū eiꝰ nec in
uenitur in terra ſuauit̄ viuentiū.
Abiſſus dicit nō ē in me et mare
loquitur nō eſt mecū. Non dabit̄
aurū obriſū ꝓ ea: nec appendetur
argentū in cōmutacōe eiꝰ. Nō cō
feretur tinctis indie coloribꝰ: nec
lapidi ſardonico p̄cioſiſſimo vel
ſaphiro. non adequabitur ei aurū
vel vitrū: nec cōmutabūtur vaſa
ꝓ ea auri excelſa ꝛ eminētia non
ꝯmemorabūtur cōpacōe eiꝰ. Tra
hit̄ autē ſapiētia de occultis. nō
adeq̄bitur ei topaſion de ethio
pia: nec tincture mundiſſiē cōpo
netur. Vn̄ ergo ſapientia venit ꝛ
q̄s eſt locꝰ intelligētie. Abſcōdi
ta eſt ab oculis ōnium viuentiū
volucres q̄ꝫ celi latet. Perdicio et
mors dixerunt auribꝰ noſtris au
diuimꝰ famā eiꝰ. Deꝰ intelligit vi
am eiꝰ ꝛ ipſe nouit locū illius. Ip
ſe enim fines mūdi intuet̄ ꝛ oīa
que ſub celo ſunt reſpicit. Qui fe
cit ventis pondꝰ ꝛ aquas appen
dit mēſura. Qn̄ ponebat pluuijs
legē ꝛ viā ꝓcellis ſonantibꝰ: tūc
vidit illā ꝛ enarrauit ꝛ p̄parauit
ꝛ inueſtigauit ꝛ dixit homini. Ec
ce timor domini ipſa eſt ſapiētia
ꝛ recedere a malo intelligētia.

¶ Capitulum. xxix.

Addiditq̄ꝫ iob aſſumens pa
rabolam ſuam ꝛ dixit. Quis mi
tribuat ut ſim iuxͣ menſes priſti
nos ſꝫm dies q̄bus deus cuſtodi
ebat me. Qn̄ ſplendebat lucerna
eius ſup caput meū ꝛ ad lumē eiꝰ
ambulabā in tenebris. Sicut fui
i diebꝰ adoleſcentie mee: qn̄ deus
ſecreto erāt in tabernaculo meo. Qn̄
erat ōnipotens mecū ꝛ in circuitu
meo pueri mei. Quādo lauabam
pedes meos butiro ꝛ petra funde
bat mihi riuos olei. Qn̄ ꝓcedebā
ad portā ciuitatis ꝛ in platea pa
bant cathedram mihi. Videbāt
me iuuenes ꝛ abſcōdebant̄ ꝛ ſe
nes aſſurgētes ſtabant. Princi
pes ceſſabant loqui ꝛ digitum ſu
perponebant ori ſuo. Vocem ſuā
cohibebant duces ꝛ lingua eorū
gutturi ſuo adherebat. Auris au
diens beatificabat me ꝛ oculꝰ vi
dens teſtimoniū reddebat mihi
eo ꝙ liberaſſem pauperē vociferā
tē ꝛ pupillū cui nō eſſet adiutor.
Bn̄dictio pituri ſup me veniebat
ꝛ cor vidue cōſolatus ſum. Iuſti
cia indutus ſū ꝛ veſtiui me ſicut
veſtimento ꝛ dyademate iudicō
meo. Oculꝰ fui ceco ꝛ pes claudo.
Pat erā pauperū ꝛ cauſā quā ne
ſciebā diligētiſſime inueſtigabā.
Conterebam molas iniq̄ et de dē
tibꝰ illiꝰ auferebā p̄dā. Dicebāq̄ꝫ
In nidulo meo moiar ꝛ ſic palma
multiplicabo dies. Radix mea
apta ē ſecꝰ aq̄s ꝛ ros morabitur

in emiſſione mea· Gloria mea ſp
innouabit̃ ⁊ arcus meꝰ in manu
mea inſtaurabit̃· Qui me audie
bant expectabāt ſentētiam ⁊ intē
ti tacebant ad ↄ̄ſiliū meū· Verb
meis addē nihil audebāt ⁊ ſup
illos ſtillabat eloq̄um meū Expe
ctabant me ſic̃ pluuiā ⁊ os ſuum
aperiebant q̄ſi ad ymbrem ſero
tinū· Si q̄n ridebam ad eos n̄ cre
debant ⁊ lux vultꝰ mei n̄ cadebat
in terrā· Si voluiſſez ire ad eos ſe
debam primꝰ· Cūq̧ ſederē q̄ſi rex
circūſtante exercitu erā tn̄ meren
tium conſolator· ¶ Capi·xxx·

Nunc autē derident me iunio
res tēpore quoꝝ nō dig̃bar
pr̄es ponere cū canibꝰ gregis mei
Quoꝝ virtꝰ manuū mihi erat ꝓ
nihilo ⁊ vita ipa putabātur indig
ni· Egeſtate ⁊ fame ſteiles q̄ rode
bant i ſolitudine ſqualētes cala
mitate ⁊ miſeria· Et mādebāt her
bas ⁊ arboꝝ cortices ⁊ radix iuni
peroꝝ erat cibꝰ eoꝝ· Qui de ↄual
libꝫ iſta rapiētes cū ſingula repe
riſſent ad ea cū clamore currebāt
In deſertis habitabāt torrētiū ⁊
in cauernis terre vel ſup glareaz·
Qui inter huiuſcemōi letabant̃ ⁊
eē ſb̄ ſentibꝰ delicias ↄ̄putabāt·
Filij ſtultorū ⁊ ignobiliū ⁊ i ter
ra penitꝰ nō parētes· Nūc in eoꝝ
cāticū verſus ſum ⁊ factꝰ ſū eis in
ꝓuerbiū· Abhōmant̃ me ⁊ lōge
fugiūt a me ⁊ faciē meaz ↄſpuere
nō verent̃· Pharetrā eñ ſuā ape
ruit ⁊ afflixit me ⁊ frenū poſuit in
os meū· Ad dexterā oriētis calaī
tatis mee ilico ſurrexerūt· Pedes
meos ſbuerterūt ⁊ oppreſſerūt q̄ſi
fluctibꝰ ſemitis ſuis· Diſſipauerūt
itinera mea· Inſidiati ſūt mihi et
ꝑualuerūt ⁊ nō fuit qui ferret au
xiliū· Quaſi rupto muro ⁊ aperta
ianua irruerūt ſup me ⁊ ad meas
miſerias deuoluti ſūt· Redactꝰ ſū
ī nihilū· Abſtuliſti q̄ſi vētꝰ deſide
riū meū ⁊ velut nubes ptrāſijt ſa
lus mea· Nūc autē in memetipſo
marceſcit aīa mea et poſſident
me dies afflictiōis· Nocte os meū
pforat̃ doloribꝰ ⁊ q̄ me comedūt
nō dormiūt· In multitudīe eoruz
ↄſumit̃ veſtimētū meū ⁊ q̄ſi capi
tio tunice ſic cinxerūt me· Cōpa
ratus ſum luto ⁊ aſſimilatꝰ ſū fauil
le ⁊ cineri· Clamo ad te ⁊ non ex
audis me· ſto ⁊ nō reſpicis me·
Mutatꝰ es mihi in crudelez ⁊ ī dul
cia manꝰ tue aduſaris mihi· Ele
uaſti me ⁊ quaſi ſuper vētum po
nens eliſiſti me valide· Scio quia
morti tradas me vbi ↄſtituta eſt
domꝰ ōni viuēti· Verūtamē n̄ ad
ↄ̄ſūptōem eoꝝ emittis manū tu
am ⁊ ſi corruerint ipē ſaluab· Fle
bam quondaz ſup eo q̄ afflictus
erat ⁊ ↄpatiebat̃ aīa mea pau
peri· Expectabā bona ⁊ venerūt m̄
mala· p̄ſtolabar lucē ⁊ eruperūt
tenebre· Interiora mea efferbue
rūt abſq̧ vlla reqe ꝑuenerūt me
dies afflictiōis· Merēs incedebaz
ſine furore ↄ̄ſurgēs in turba cla
maui· Frat̃ fui draconū ⁊ ſocius
ſtrucionū· Cutis mea denig̃ta eſt
ſuper me ⁊ oſſa mea aruerūt pre
caumate· Verſa ē in luctū citha
ra mea ⁊ organū meum in vocem
flentium· ¶ Capitulū·xxxi·

Pepigi fedus cū oculis meis
ut ne cogitarē q̄dē de virgīe
Quā eñ partē haberet in me deꝰ

de ſup ⁊ hereditatē ōnipotēs de ex
celſis. Nūquid nō ꝑdicio ē iniq̄
⁊ alienacō opantibꝰ iniuſticiaz.
Nonne ipſe cōſiderat vias meas ⁊
cūctos greſſus meos dinumeat.
Si ambulaui in vanitate ⁊ feſtina
uit in dolo pes meꝰ: appēdat me ī
ſtaterā iuſta ⁊ ſciat deꝰ ſimplicita
tē meā. Si declinauit greſſus meꝰ
de via ⁊ ſi ſecutꝰ ē oculꝰ meus cor
meū. ⁊ ſi in manibꝰ meis adheſit
macula: ſeram ⁊ aliꝰ comedat: et
ꝓgenies mea eradicet. Si decep
tū eſt cor meū ſup muliere ⁊ ſi ad
oſtiuz amici mei inſidiatꝰ ſū: ſcor
tum alteriꝰ ſit vxor mea ⁊ ſup illā
incuruent alij. Hoc enī nephas ē
⁊ iniq̄tas maxima: ignis vſqꝫ ad
ꝑdicōem deuorans ⁊ ōnia eradi
cans genimina. Si cōtēpſi ſubire
iudiciū cum ſeruo meo ⁊ ancilla
mea cū diſceptarent aduerſū me
Quid enī faciam cū ſurrexerit ad
iudicandū deus ⁊ cum q̄ſierit q̄d
rn̄debo illi. Nunq̄d nō in vtero fe
cit me qui ⁊ illum opatus ē ⁊ for
mauit me in vulua vnꝰ. Si nega
ui qd volebant paupibus: ⁊ ocu
los vidue expectare feci. Si come
di buccellaz meā ſolꝰ ⁊ non come
dit pupillus ex ea. Quia ab infā
cia mea creuit mecū miſeracio: et
de vtero mr̄is mee igreſſa ē mecū
Si deſpexi pretereūtem eo q non
habuerit indumētū ⁊ abſqꝫ ope
rimento paupem. Si nō bn̄dixe
rūt mihi latera eius ⁊ de velleribꝫ
ouiū meaꝝ calefactꝰ eſt. Si leuaui
ſup pupillū manū meaz etiā cum
viderem me in porta ſupiorē: hū
rus meus a iunctura ſua cadat ⁊
brachiū meum cū ſuis oſſibꝰ con
fringat. Semp enī quaſi tumēti
tes ſup me fluctus timui deū ⁊ pō
dus eius ferre non potui. Si puta
ui aurū robur meum ⁊ obrizo di
xi fiducia mea. Si letatus ſum ſup
multis diuicijs meis ⁊ q plurima
reperit manus mea. Si vidi ſolez
cum fulgeret ⁊ lunam incedētē cla
re ⁊ letatū eſt in abſcōdito cor me
um ⁊ oſculatus ſū manū meā ore
meo: que eſt iniq̄tas maxima: et
negacō cōtrā deū altiſſimū Si ga
uiſus ſū ad ruinaz eiꝰ qui me ode
rat et exultaui q inueniſſꝫ eū ma
lū. Non enī dedi ad peccādū gut
tur meuz: ut expeterez maledicens
animā eius. Si nō dixerūt viri ta
bernaculi mei: quis det de carnibꝰ
eius ut ſaturemur. Foris nō man
ſit pegrinꝰ: oſtiū meū viatori pa
tuit. Si abſcōdi quaſi homo pecca
tum meū ⁊ celaui in ſinu meo ini
quitatem meaz. Si expaui ad mł
titudinem nimiam et deſpectio ꝓ
pinq̄rū terruit me ⁊ nō magis ta
cui nec egreſſus ſum oſtiuz. Quis
mihi tribuat adiutorez ut deſide
rium meum audiat ōnipotens. ⁊
libꝝ ſcribat ipſe qui iudicat: ut ī
humero meo portē illum ⁊ circum
dē illum quaſi coronā mihi. Per
ſingulos gradꝰ meos ꝓnūciabo
illū ⁊ quaſi principi offerā eū. Si
aduerſū me terra mea clamat: ⁊
cū ipſa ſulci eiꝰ deflēt. Si fructꝰ eiꝰ
comedi abſqꝫ pecūia ⁊ aīam agri
colaꝝ eiꝰ afflixi: ꝓ frumēto oriāt
mihi tribulus ⁊ pro ordeo ſpina.

Miſerūt autē tres ¶ Ca. xxxij.
viri iſti rēſpondere iob: eo q
iuſtus ſibi videretur. Et iratus
indignatuſqꝫ eſt helin filius

baracħel buzites de cog̃tiõe ram
Iratus ē autē adu̾ſū iob eo ꝙ
iuſtum ſe eē̃ diceret corā deo· Por
ro aduerſū amicos ei⁹ indigna
tus ē eo ꝙ non inueniſſent rñſio
nem racõnabilē ꝗ tm̄modo ꝯdem
naſſent iob· Igitur helin expecta
uit iob loqn̄tem eo ꝙ ſeniores eſ
ſet q̊ loquebātur· Cū aūt vidiſſꝫ
ꝙ tres rñdere ñ potuiſſent irat⁹ ē
vehemēter· Rn̄denſq̧ helin filius
barachel buzites dixit· Junior ſū
tpe vos autē antiq̊ores· Jdcirco
dimiſſo capite verit⁹ ſū vobis idi
care meā ſentētiā· Sperabā enī ꝙ
etas plixior loq̄ret̄ ⁊ annoꝝ mul
titudo doceret ſapientiā· Sed ut vi
do ſpūs eſt in hominib⁹ ⁊ inſpiā
tio omīpotētis dat intelligentiā·
Nō ſūt lōgeui ſapiētes nec ſenes
intelligūt iudiciū· Jdō dicā audi
te me oñdam vobis eciā ego me
am ſciam· Expectaui enī ſermōes
veſtros audiui prudētiā vr̄aꝫ do
nec diſceptaremini ſermonib⁹ ve
ſtris et donec putabā vos aliq̊d
dicere ꝯſiderabā· Sed ut video ñ
ē q̊ poſſit arguē iob ⁊ rñdē ex vob
ſermonib⁹ ei⁹· Ne forte dicatis in
uenim⁹ ſapiētiā de⁹ piecit euꝫ nō
homo· Nihil locut⁹ eſt m̄ ⁊ ego ñ
ſm ſermōes vr̄os rñdebo illi· Exti
muerūt nec rñderunt vlt̄r abſtu
lerūtq̧ a ſe eloquiū· Qm̄ igit̄ expe
ctaui ⁊ nō ſūt locuti· ſteterūt nec
rñderunt vltra rñdebo ⁊ ego ptēꝫ
meam ⁊ oſtendā ſciam meā· Ple
n⁹ ſū enī ſermonib⁹ ⁊ coartat me
ſpūs vteri mei· En venē me⁹ qua
ſi muſtū abſq̧ ſpiāculo q̊d lagū
culas nouas dirūpit· Loq̄r et re
ſpiābo paululū apiaꝫ labia mea
⁊ rñdebo· Non accipiā pſonā viri
⁊ deū hōī nō equabo· Neſcio enī
q̄diu ſbſiſtam ⁊ ſi pt⁹ modicum
tollat me factor me⁹· Ca·xxxiij·
Audi igit̄ iob eloquia mea
⁊ oēs ſmones meos auſcul
ta· Ecce aperui os meū loq̄tur lin
gua mea in faucib⁹ meis· Simpli
ci corde meo ſmōes mei ⁊ ſentēci
am labia mea purā loqn̄tur· Spi
rit⁹ dei fecit me ⁊ ſpiraculū omīpo
tentis viuificauit me· Si potes re
ſponde mihi ⁊ adūſus faciē meaꝫ
ꝯſiſte· Ecce ⁊ me ſicͭ ⁊ te fecit deus
⁊ de eodē luto ego quoq̧ format⁹
ſū· Verūtamē miraculū meū nō te
terreat ⁊ eloqn̄tia mea non ſit ti
bi g̃uis· Dixiſti ergo in aurib⁹ me
is ⁊ vocē verborum tuoꝝ audiui·
Mundus ſū ego ⁊ abſq̧ delicto ī
maculat⁹ ⁊ non ē iniq̊tas in me·
Quia q̄relas in me reperit ideo ar
bitrat̄us ē me inimicū ſibi· Poſuit
in neruo pedes meos cuſtodiuit
oēs ſemitas meas· Hoc ē ergo
in q̊ non es iuſtificat⁹ Rñdebo ti
bi ꝙ maior ſit de⁹ hōīe· Adūſum
eū contēdis ꝙ non ad oīa verba
rñderit tibi· Semel loq̄tur de⁹ ⁊ ſe
cūdo idipſū nō repetit· Per ſōnū
ī viſiōe nocturna qn̄ irruit ſopor
ſup hōīes ⁊ dormiūt in lectulo·
Tunc aperit aures viroꝝ ⁊ erudi
ens eos inſtruit diſciplina ut auē
tat hōīē ab hijs q̄ fecit ⁊ liberet
eū de ſupbia eruēs animā eius a
corrupcõe ⁊ vitam illi⁹ ut non trā
ſeat in gladiū Increpat quoq̧ p
dolorē in lectulo ⁊ oīa oſſa eius
marceſcere facit· Abhōīabilis ei
fit ī vita ſua panis ⁊ aīe illi⁹ cib⁹
ante deſiderabilis· Tabeſcet caro

ei⁹ ⁊ oſſa q̄ tecta fuerāt nudabū
tur. Appropinq̄bit corrupcōi aīa
ei⁹ ⁊ vita illi⁹ mortiferis. Si fuerit
ꝓ eo angel⁹ loquēs vnū de ſimili
b⁹ ut annūciet hōis eq̄tatē miſere
bit̄ ei⁹ ⁊ dicꝫ Libera eū ut nō deſcē
dat in corrupcōez. Inueni i q̄ ei ꝓpi
ciet Cōſūpta ē caro ei⁹ a ſuppliciꝭ
reūtat̄ ad dies adoleſcētie ſue. De
p̄cabit̄ deū ⁊ placabil' ei erit ⁊ vi
debit faciē ei⁹ in iubilo ⁊ reddꝫ hōi
iuſticiā ſuā. Reſpiciet hōies et di
cꝫ. Peccaui ⁊ vere deliq̄ ⁊ ut eram
dign⁹ nō recepi. Liberauit aīaꝫ ſu
am ne ꝑgeret in interitū. ſꝫ viuēs
lucē vidēt. Ecce hec ōmia opatur
de⁹ trib⁹ vicibꝫ ꝑ ſingulos ut r̄uo
cet aīas eoꝝ a corruptiōe ⁊ illumi
net luce viuētiū. Attēde iob ⁊ au
di me ⁊ tace dū ego loquor. Si āt
habes q̄ loquaris r̄nde m̄. Loq̄re
Volo eni te apparere iuſtū. Qđ ſi
nō habes audi me: tace ⁊ docebo
te ſapientiā. ¶ Ca. xxxiiii.

PRonūtians itaq̄ helin eciā
hec locutus ē. Audite ſapiē
tes verba mea ⁊ eruditi auſculta
te me. Auris ei verba ꝓbat ⁊ gut
tur eſcas guſtu diiudicat. Iudici
um eligam⁹ nobis ⁊ inter nos vi
deam⁹ q̄d ſit meli⁹ Quia dixit iob
iuſt⁹ ſū ⁊ de⁹ ſbuertit iudiciū meū
In iudicādo eni me mēdaciū ē vi
olēta ſagitta mea abſq̄ vllo pec
cato. Quis eſt vir ut eſt iob qui
bibit ſbſānacōnez quaſi aquam
qui gradit̄ cum opantib⁹ iniq̄ta
tē ⁊ ambulat cum viris impijs.
Dixit enim. Non placebit vir deo
eciā ſi cucurrerit cum eo. Ideo viri
cordati audite me. Abſit a deo im
pietas ⁊ ab ōmipotēte iniquitas.
Op⁹ ei hominis reddet ei ⁊ iux̄ vias
ſinguloꝝ reſtituet eis. Vere ei de
us nō ꝯdēnabit fruſtra nec oīpo
tēs ſbuertet iudiciū. Quē cōſtitu
it aliū ſup terrā aut quē poſuit ſu
ꝑ orbē quē fabricatus ē. Si direxe
rit ad eū cor ſuū ſpm̄ illi⁹ ⁊ flatuꝫ
ad ſe trahet. Deficiet ōmis caro ſi
mul ⁊ homo in cinerez reuertetur
Si habes ḡ intellcm̄ audi q̄đ dr̄ ⁊
auſculta vocē eloquij mei. Nūq̄d
q̄ nō amat iudiciū ſanari pōt. Et
q̄uo tu eū q̄ iuſt⁹ ē in tn̄tū cōdem
nas. Qui dicit regi apoſtata q̄ vo
cat duces impios. Qui nō accipit
ꝑſonas pn̄cipū nec cognouit ty
rannū cū diſceptaret contra pau
perez. Op⁹ eni manuū ei⁹ ſunt vni
uerſi. Subito morient̄ ⁊ in media
nocte turbabuntur populi ⁊ per
trāſibunt ⁊ auferent violentum
abſq̄ manu. Oculi enim ei⁹ ſuper
vias hominū ⁊ ōnes greſſus eo
rum conſiderat. Non ſūt tenebre
⁊ non eſt vmbr̄ mortis ut abſcō
dantur ibi qui operātur iniquita
tem. Neq̄ enim vltra in hominis
poteſtate eſt: ut veniat ad deum
in iudicium. Conteret multos in
numerabiles ⁊ ſtare faciet alios
pro eis. Nouit eni opa eorū ⁊ id
circo inducet noctem ⁊ cōterent̄.
Quaſi impios percuſſit eos in loco
videntiuꝫ. Qui quaſi de induſtria
receſſerunt ab eo ⁊ ōnes vias ei⁹
intelligere noluerūt ut peruenire
facerent ad deum clamorem ege
ni ⁊ audiret vocem pauperum. Ip
ſo enim concedente pacem quis ē
qui condēnet. Ex quo abſcōderit
vultū q̄s eſt q̄ contēplet̄ eū. Et ſu
ꝑ gentes ⁊ ſup ōnes homies. Qui

regnare facit hōīem ꝓpꝫ ypocritā ꝓp
ter pccā populi. Quia ego ego lo
cutus ſū ad deū tequoqꝫ nō ꝓhi
bebo. Si erraui tu doce me. Si iniq̄
tatē locutus ſū vltra nō addam
Nunquid a te deus expetit eam
qꝛ diſplicuit tibi. Tu eñi cepiſti
loqui ⁊ nō ego. Quod ſi q̄d noſti
melius loq̄ꝛ Viri ītelligētes lo
quant̄ mihi ⁊ vir ſapiēs audiet
me. Job autē ſtulte locut⁹ ē ⁊ ver
ba illius n̄ ſonāt diſciplinā. Pat
mi ꝓbetur iob vſqꝫ ad finē. Ne de
ſinas ab hoīe iniq̄tatis q̄ addit
ſup pccā ſua blaſphemiā. Inter
nos interim ↄſtringat̄ et tūc ad
iudiciū ꝓuocet ſermōib⁹ ſuis deū
Igit̄ helui hec rur ¶ Ca. xxxv.
ſum locutus eſt. Nunquid equa
videtur tibi tua cogitatio ut dice
res iuſtioꝛ deo ſū. Dixiſti eñi. Non
tibi placet q̄d rectum eſt. Vł q̄d
tibi ꝓderit ſi ego peccauero. Itaqꝫ
ego rñdebo ſermōib⁹ tuis ⁊ aīcis
tuis tecū. Suſcipe celū ⁊ intuē ⁊ cō
templare ethea qꝛ altioꝛ te ſit. Si
peccaueris q̄d ei nocebis. Et ſi mł
tiplicate fuerint iniq̄tates tue q̄d
facies cōtra eum. Porro ſi iuſte
egeris quid donab̄ ei aut q̄d de
manu tua accipiet. Hōīni q̄ ſimi
lis tui ē nocebit impietas tua et
filiū hōīs adiuuabit iuſticia tua
Propt̄ multitudinē calūniatorū
clamabunt ⁊ eiulabūt ꝓpter vim
brachij tyrānorū Et nō dixit vbi
eſt de⁹ qui fecit me q̄ dedit carmi
na in nocte. Qui docet nos ſup iu
mēta terre ⁊ ſup volucres celi eru
dit nos Ibi clamabūt ⁊ nō exau
diet ꝓpter ſupbiaꝫ malorū. Non
ergo fruſtra audiet de⁹ ⁊ ōīpo

tēs cauſas ſingulorꝫ intuebitur
Etiā cum dixeris nō cōſiderat iu
dicare corā illo ⁊ expecta eū. Nūc
eñi non infert furorē ſuū nec vlci
ſcit̄ ſcelus valde. Ergo iob fruſtr̄
apit os ſuum ⁊ abſqꝫ ſcīa verba
multiplicat. ¶ Capitulū. xxxvi.
Addēs quoqꝫ heliu hec locu
tus eſt. Suſtine me paululū
⁊ iudicabo tibi. Adhuc ei habeo
q̄d ꝓ deo loquar. Repetā ſciētiam
meā a principio ⁊ opatorē meū
ꝓbabo iuſtū. Vere eñi abſqꝫ mē
datio ſermōes mei ⁊ pfecta ſcien
tia ꝓbabit̄ tibi. De⁹ potēs nō abi
cit cū ⁊ ipſe ſit potens ſꝫ n̄ ſaluat
impios ⁊ iudiciū paupib⁹ tribu
it. Non auferet a iuſto oculos ſu
os ⁊ reges in ſolio collocat ī ppe
tuū ⁊ illic erigūtur. Et ſi fuerint ī
cathenis ⁊ vinciant̄ funib⁹ paup
tatis indicabit eis opa eorꝫ ⁊ ſce
lera eorꝫ qꝛ violēti fuerūt. Reuela
bitqꝫ aurem eorꝫ ut corripiat ⁊ lo
quet̄ ut reuertātur ab iniq̄tate Si
audierint ⁊ obſuauerint cōp le
bunt dies ſuos in bono ⁊ ānos ſu
os in gl̄ia. Si autē nō audierint
trāſibunt ꝑ gladiū ⁊ ↄſumētur ī
ſtulticia. Simulatoēs ⁊ callidi ꝓ
uocāt iram dei neqꝫ clamabūt cū
vincti fuerint. Moriet̄ ī tēpeſtate aī
ma eorꝫ ⁊ vitaꝫ eorꝫ inter effemi
natos Eripiet de āguſtia ſua pau
perē ⁊ reuelabit ī tribulacōe aurē
ei⁹. Igit̄ ſaluabit te de ore angu
ſto latiſſime ⁊ nō habētē ſūdamē
tum ſbter ſe. Req̄es aūt mēſe tue
erit plena pinguedīe. Cauſa tua
quaſi impij iudicata ē cauſā iudi
ciūqꝫ recipies. Non te ḡ ſupet ira
ut aliquē oppꝛimas nec multitudo

dn̄oꝝ inclinet te· Depone magni
tudinē tuā absq; tribulatōe ⁊ om
nes robustos fortitudie· Ne ꝓtra
has noctē ut ascēdāt ppl'i ꝓ eis·
Caue ne declies ad iniq̄tatē· Hāc
eīi cepisti sequi pꝯ miseriā· Ecce de
us excelsus in fortitudie sua ⁊ nl'
lus ei similis ī legislatoribꝰ Quis
poterit scrutari vias eiꝰ aut q̄s po
test ei dicē opatꝰ es iniq̄tatē· Me
mento q̄ ignorēs opꝰ eius de q̄ ce
cinerūt viri· Oēs hoīes vident eū
vnꝰ q̄sq; intuet̄ ꝓcul Ecce deꝰ mag
nꝰ vincēs sciam nr̄aꝫ· Nūerꝰ āno
rū eius inestimabil'· Qui aufert
stellas pluuie et effūdit imbres
ad instar gurgitū· Qui de nubibꝫ
fluūt q̄ pretexūt cūcta desup· Si vo
luerit extēdere nubes q̄si tentoriū
suū et fulgurare lumie suo desup
cardines q̄ꝫ maris opiet· p hec ei
iudicat ppl'us ⁊ dat escā multis
mortlibꝰ· In manibꝰ abscōdit lu
cē ⁊ p̄cepit ei ut rursus adueniat·
Annūciat de ea amico suo q̄ pos
sessio eiꝰ sit ⁊ ad eā possit ascēdē·
Sup hoc expa ¶ Ca·xxxvij·
uit cor meū ⁊ emotū ē de lo
co suo· Audiet auditōēz in terro
re vocis eiꝰ ⁊ sonū de ore illiꝰ ꝓce
dētem· Subter ōnes celos ipse ꝯsi
derat ⁊ lumē illiꝰ sup termios ter
re· Post eū rugiet sonitꝰ tonabit
voce magnitudīs sue ⁊ nō inuesti
gabit̄ cū audita fuerit vox eius·
Tonabit deꝰ in voce sua mirabi
lit̄ q̄ facit magna ⁊ inscrutabilia
Qui p̄cipit niui ut descendat ī ter
rā ⁊ hyemis pluuijs ⁊ imbri for
titudīs sue· Qui in manu ōniū hoi
nū signat ut nouerit singuli opa
sua· Ingredietur bestia latibulū suū
⁊ in antro suo morabit̄· Ab interi
oribꝰ egredietur tēpestas et ab ar
cturo frigꝰ· Flante deo ꝯcrescit ge
lu ⁊ rursū latissime fūdunt̄ aque
Frumētū desiderat nubes ⁊ nubes
spargūt lumē suū Que lustrāt cū
cta p circuitū q̄cūq; eas voluntas
gubnātis duxerit ad oē q̄d p̄cepe
rit ill' sup faciē orbis t̄raꝝ siue in
vna tribu siue ī t̄ra sua siue ī q̄cū
q; loco mīe sue eas iusserit inueni
ri· Ausculta hec iob sta ⁊ ꝯsidera
mirabilia dei· Nunq̄d scis qn̄ p̄ce
pit deꝰ pluuijs ut ostēderēt lucē nu
biū eiꝰ· Nūq̄d nosti semitas nu
biū magnas et pfcās sciēas· Nō
ne vestimēta tua calida sūt cū pfla
ta fuerit t̄ra austro· Tu forsitā cū
eo fabricatꝰ es celos q̄ solidissimi
q̄si ere fusi sūt· Ostēde nob̄ q̄d dica
mꝰ illi· Nos q̄ppe īuoluimur tene
bris· Quis narrabit ei q̄ loq̄r· Et
si locutꝰ fuerit hō deuorabit̄ at nūc
nō vidēt lucē· Subito aer cogetur ī
nubes ⁊ vētꝰ trāsiēs fugabit eas·
Ab aq̄lone aurū venit ⁊ a deo formi
dolosa laudatō· Digne eū inuenire
nō possumꝰ· Magnꝰ fortitudine ⁊
iudicō ⁊ iusticia ⁊ enarrari nō po
test· Ideo timebūt eū viri ⁊ nō au
debūt ꝯtēplari ōnes q̄ sibi viden
tur eē sapiētes· ¶ Ca·xxxviij·
Respōdēs autē dn̄s iob de tur
bine dixit Quis ē iste inuol
uēs sententias s'monibꝰ impitis·
Accinge sic' vir lūbos tuos inter
rogabo te ⁊ rn̄de mihi· Vbi eras
quādo ponebā fundamēta terre·
Indica m̄ si habes intelligentiaꝫ·
Quis posuit mēsuras eiꝰ si nosti·
vel q̄s tetēdit sup eā lineā· Sup
quo bases illius solidate sunt·

Aut quis demiſit lapidē āgularē
eius cū me laudarēt ſimul aſtra
matutina ⁊ iubilarēt ōnes filij dī
Quis cōcluſit oſtijs mare qn̄ erū
pebat quaſi de vulua ꝓcedēs cuꝫ
ponereꝫ nubē veſtimentū eiꝰ ⁊ ca
ligine illud quaſi pannis infātie
obuoluereꝫ. Circūdedi illud ṫmi
nis meis ⁊ poſui vectē ⁊ oſtia ⁊ di
xi. Vſqꝫ huc venies ⁊ nō ꝓcedes
ampliꝰ ⁊ hic cōfringes tumētes
fluctꝰ tuos. Nunq̇d poſt ortū tuū
p̄cepiſti diluculo ⁊ oſtendiſti auro
re locū ſuū ⁊ tenuiſti ꝯcutiens ex
trema terre ⁊ excuſſiſti impios ex
ea. Reſtituet̄ ut lutū ſignaculū
⁊ ſtabit ſicͣ veſtimētū. Auferetur
ab impijs lux ſua ⁊ brachiuꝫ ex
celſū cōfringet̄. Nunq̇d ingreſſus
es ꝓfundū maris ⁊ in nouiſſimis
abiſſi deambulaſti. Nunq̇d aper
te ſunt tibi porte mortis ⁊ oſtia te
nebroſa vidiſti. Nunq̇d cōſide
raſti latitudinē terre. Indica m̄ ſi
noſti ōnia in q̄ via lux habitet ⁊
tenebrarum quis locus ſit ut du
cas vnūquodqꝫ ad terminos ſuos
⁊ intelligas ſemitas domꝰ eiꝰ Sci
ebas tūc ꝙ naſciturꝰ eēs ⁊ nūerꝝ
dierꝝ tuorū noueras. Nunq̇d in
greſſus es theſauros niuis ā the
ſauros grādinis aſpexiſti q̄ p̄pa
ui in tempꝰ hoſtis in diē pugne ⁊
belli. Per quā viam ſpargit̄ lux
diuidit̄ eſtꝰ ſup t̄rā. Quis dedit
vehemētiſſimo ymbri curſū ⁊ viā
ſonātis tonitrui ut plueret ſuper
terrā abſqꝫ hōīe i deſerto vbi nl̄
lus mortaliū cōmoratur ut imple
ret inuiā ⁊ deſolatam ⁊ ꝓduceret
herbas virentes. Quis ē pluuie
pat̄ vel q̇s genuit ſtillas roris.

De cuiꝰ vtero egreſſa ē glacies ⁊
gelu de celo q̇s genuit. In ſimili
tudinē lapidis aque durātur ⁊ ſu
pficies abiſſi ꝯſtringit̄. Nunquid
ꝯiūgere valebis micātes ſtellas
pliades aut gyrū arcturi poteris
diſſipare. Nūquid ꝓducis lucife
rū in tēpore ſuo ⁊ veſperū ſup fili
os terre cōſurgere facis. Nunq̇d
noſti ordinē celi et pones rōnem
eius in terra. Nunq̇d eleuab̄ i ne
bulā vocē tuā ⁊ impetus aq̄rum
operiet te. nunq̇d mittes fulgurā
⁊ ibūt ⁊ reuertētia dicēt tibi aſſu
mꝰ. Quis poſuit in viſceribꝰ hōīs
ſapiētiam vel q̇s dedit gallo itel
ligentiā. Quis enarrabit celorꝝ
racōem ⁊ cōcentū celi quis dormi
re faciet. Qn̄ fundabat̄ puluis i
terrā ⁊ glebe cōpingebant̄. nun
quid capies leene p̄dam ⁊ aīaꝫ
catulorū eius implebꝭ qn̄ cubant
in antris ⁊ in ſpecubꝰ inſidiātur.
Quis prepat coruo eſcā ſuam qn̄
pulli eius clamāt ad deū vagān
tes eo ꝙ nō hēant cibos.

¶ Ca. xxxix.

NUnq̇d noſti
tēpus partus ibi cū i petris
vel parturiētes ceruas obſuaſti
dinūeraſti menſes cōceptꝰ earꝫ ⁊
ſciſti tēpus partꝰ earꝫ. Incuruā
tur ad fetū ⁊ pariūt ⁊ rugitꝰ emit
tūt. Separant̄ filij earū ⁊ pgunt ad
paſtū egrediūtur ⁊ non reuertēt̄
ad eas. Quis dimiſit onagꝝ liberꝝ
⁊ vincula eiꝰ quis ſoluit. Cui de
di in ſolitudine domū ⁊ tabnacu
la eiꝰ in terra ſalſuginis. Contem
nit multitudinē ciuitatis clamorē
exactoris n̄ audit. Circūſpicit mō
tes paſcue ſue ⁊ virētia queqꝫ p
quirit. nunquid volet rinoceros

ſuire tibi ȃ morabit̃ ad p̄ſepe tu
u͛. Nūq̇d alligab' rinocero tā ad
arādū loro tuo ȃ ↄfringꝫ glebas
vallīū poſt te. Nunq̇d fiduciam
hēbis i mag̃ fortitudie eiꝰ. Et dere
linques ei labores tuos. Nunq̇d
credes illi qm̄ ſemētē reddet tibi ꝛ
areā tuā ↄgreget. Pēna ſtrucō
nis ſimil' ē pēnis herodij ꝛ accipi
tris. Qn̄ derelinq̇t oua ſua in terra
tu forſitan i puluere calefacies ea.
Obliuiſcit̃ ꝙ pes ↄculcet ea ȃ be
ſtia agri ↄterat. Durat̃ ad filios
ſuos q̄ſi nō ſint ſui fruſtra labora
uit nullo timore cogēte. Priuauit
eni eā deꝰ ſapiētia nec dedit illi in
telligentiā. Cū tps fuerit in altū
alas erigit deridet equū ꝛ aſcēſo
rē eiꝰ. Nunq̇d p̄bebis eq̄ fortitu
dinē ȃ circūdab' collo eiꝰ hinitū.
Nunq̇d ſuſcitab' eū q̄ſi locuſtas.
Gloria nariū eiꝰ terror: terrā vngu
la fodit. Exultat audacter i occur
ſū pgit armatis. Contēnit pauo
rē nec cedit gladio. Sup ipſū ſo
nabit pharetrā vibrabit haſta ꝛ
clipeꝰ. Feruēs ꝛ fremēs ſorbet ter
rā: nec reputat tube ſonare clāgo
rem. Vbi audierit buccinā dicit
vah: pcul odorat̃ bellū exhortaci
onē ducū ꝛ vlulatū exercitꝰ. Nū
q̇d p ſapiētiā tuā plumeſcit acci
piter: expandēs alas ſuas ad au
ſtrū. Nunq̇d ad preceptū tuū ele
uabit̃ aquila: et in arduis ponet
nidū ſuū. In petris manet in pre
ruptis ſilicibꝰ ↄmorat̃ atq₃ inac
ceſſis rupibꝰ. Inde ↄtēplat̃ eſcā:
ꝛ delonge oculi eiꝰ pſpiciūt. Pul
li eiꝰ lambūt ſāguinē et vbicūq₃
cadauer fueit ſtatī adeſt. Et adie
cit dn̄s ꝛ locutꝰ ē ad iob. Nunq̇d
q̇ ↄtēdit cū deo tā facile ↄq̇eſcit. Vtī
q₃ q̇ arguit deū dēt ꝛ rn̄dere ei. Rn̄
dēs āt iob dn̄o dixit. Qui leuit̃ lo
cutus ſū rn̄dēe q̇d poſſū. Manū
meā ponā ſup os meū. Vnū locu
tus ſū qđ vtinā nō dixiſſē ꝛ alte
rū q̇bꝰ vltra nō addā. ¶ Ca. xl.

Reſpōdens aūt dn̄s iob de tur
bine dixit. Accinge ſicut vir lū
bos tuos interrogabo te ꝛ indica
m̄. Nunq̇d irritū facies iudicium
meū ꝛ ↄdēnabis me ut iuſtificeris.
Et ſi hēs brachiū ſicut deꝰ ꝛ voce ſili
tonas circūda tibi decorē ꝛ in ſub
lime erigē ꝛ eſto glorioſus ꝛ ſpeci
oſis induere veſtibꝰ. Diſpge ſup
bos in furore tuo ꝛ ↄfunde eos et
reſpiciēs ōnē arrogātē humilia.
Reſpice cūctos ſupbos ꝛ ↄfunde
eos ꝛ ↄtere impios in loco ſuo. Ab
ſcōde eos in puluē ſimul: ꝛ facies
eoꝝ demerge in foueā ꝛ ego ↄfite
bor ꝙ ſaluare te poſſit dextera tua.
Ecce behemoth quē feci tecū fenū
q̄ſi bos comedet. Fortitudo eiꝰ i lū
bis eius. ꝛ virtus illiꝰ in vmbili
co ventris eiꝰ. Stringit caudā ſu
am quaſi cedrū nerui teſticulorū
eiꝰ pplexi ſūt. Oſſa eiꝰ velut fiſtule
eris. cartilago illiꝰ quaſi lamine
ferree. Ipe eſt pncipium viaꝝ dei.
Qui fecit eū applicabit gladiū eiꝰ.
huic mōtes herbas ferūt. Oēs
beſtie agri ludent ibi ſub vmbra
dormit in ſecreto calami in locis
humētibꝰ. Protegūt vmbre vm
brā eiꝰ circūdabūt eū ſalices torrē
tis. Ecce abſorbebit fluuiū ꝛ nō mi
rabit̃ et habet fiduciam ꝙ influ
at iordanis in os eius. In oculis
eiꝰ quaſi hamo capiet eum et in
ſudibus perforabit nares eius.

An extrahē poteris leuiathā ha
mo ⁊ fune ligabis linguā ei⁹. nū
quid pones circulū in narib⁹ eius
ā armilla pforabis maxillā eius.
Nunqd multiplicabit ad te p̄ces
aut loq̄tur tibi mollia. nunqd fe
riet tecum pactū ⁊ accipies eū ſer
uū ſempiternū. Nunqd illudes
ei q̄ſi aui aut ligabis eū ancillis
tuis. Concidēt eū amici diuidēt
illū negotiatores. nunqd imple
bis ſagenas pelle ei⁹ ⁊ gurguſti
um piſciū capite illi⁹ Pones ſup
eū manū tuā. Memēto belli nec vl
trā addas loq. Ecce ſpes ei⁹ fruſtrā
bitur eum ⁊ vidētib⁹ cūctis preci
pitabitur. ¶ Ca. xli.
Non quaſi crudelis ſuſcitabo
eū Quis enī reſiſtere pōt vul
tui meo ⁊ qs añ dedit mihi ut red
dam ei. Oīa que ſb celo ſūt mea
ſunt. nō parcam ei verb potētib⁹
⁊ ad dep̄candū cōpoſitis. Quis re
uelabit faciē indumēti ei⁹. Et in
mediū oris ei⁹ qs intrabit. Por
tas vult⁹ eius qs apiet. Per gy
rū dentiū eius formido corp⁹ illi⁹
quaſi ſcuta fuſilia cōpactū ſqua
mis ſe p̄mentib⁹. Vna vni cōiū
gitur ⁊ ne ſpiraculū quidē īcedit
p eas. Vna alteri adherebit ⁊ te
nētes ſe nequaq̄ ſepabūtur Ster
nutacō eius ſplēdor ignis ⁊ oculi
eius ut palpebre diluculi. De ore
eius lāpades pcedunt ſicut tede
ignis accenſe. De narib⁹ eius pce
dit fum⁹ ſic olle ſuccēſe atq̄ feruē
tis. Halit⁹ eius prunas ardere fa
cit ⁊ flāma de ore eius egreditur.
In collo ei⁹ morabit̄ fortitudo ⁊ fa
ciē ei⁹ p̄cedit egeſtas. Mēbra car
niū ei⁹ coherētia ſibi. Mittit cōtra
eum fulmina ⁊ ad locū aliū non
ferent̄. Cor ei⁹ indurabit̄ tanq̄ la
pis ⁊ ſtringetur q̄ſi malleatoris
incus Cum ſblat⁹ fuerit timebūt
angeli ⁊ territi purgabūtur. Cū
app̄hēderit eū gladi⁹ ſbſiſtē nō
poterit neq̄ haſta neq̄ torax. Re
putabit enī quaſi paleas ferrū ⁊
quaſi lignū putridū es. nō fuga
bit eū vir ſagittari⁹ in ſtipulā v̄
ſi ſunt ei lapides funde. Quaſi ſti
pulā eſtimabit malleū ⁊ deride
bit vibrātē haſtā. Sub ipō erūt
radij ſolis ⁊ ſternet ſibi aurū qua
ſi lutū. Ferueſcē faciet quaſi ollā
pfundū maris ponet q̄ſi cū vngē
ta bulliūt Poſt eū lucebit ſemita
eſtimabit abiſſum quaſi ſeneſcē
tem. non ē ſup terrā poteſtas q̄
cōparetur ei q̄ factus ē ut nullum
timeret. Oīe ſblime videt ipſe ē
rex ſuper vniūſos filios ſupbie.
Reſpondēs aūt ¶ Ca. xlij.
iob dn̄o dixit. Scio q̄ oīa
potes ⁊ nulla te latet cogitacio.
Quis ē iſte q̄ celat conſiliū abſq̄
ſcientia. Ideo inſipient̄ locut⁹ ſū
⁊ que vltrā modū excederēt ſciam
meā. Audi ⁊ ego loquar īterroga
bo te et rñde mihi. Auditu auris
audiui te nūc aūt oculus me⁹ vi
det te. Idcirco ipē me reprehendo ⁊
ago penitētiam in fauilla ⁊ cinere
Poſtq̄ aūt locut⁹ ē de⁹ verba hec
ad iob dixit ad eliphā themani
ten. Irat⁹ ē furor me⁹ in te ⁊ in du
os amicos tuos qm̄ non eſtis lo
cuti corā me rectū ſicut ſeru⁹ me⁹
iob. Sumite ergo vob ſeptē thau
ros ⁊ ſeptem arietes ⁊ ite ad ſer
uū meū iob ⁊ offerte holocauſtū
pro vob. Iob aūt ſeru⁹ me⁹ orabit

ꝓ vob̄· Faciē eiꝰ ſuſcipiã ut non
vob̄ imputet̄ ſtulticia· Neq; ei lo
cuti eſtis ad me recta ſicut ſeruuſ
meꝰ iob· Abierūt ergo eliphã the
manites et baldath ſuites et ſo
phar naamatites ⁊ fecerūt ſicˀ lo
cutus fuerat dñs ad eos ⁊ ſuſce
pit deꝰ faciē iob· Dñs q; cõuerſus
eſt ad penitētiã iob cū oraret ꝓ
amicis ſuis· Et addidit dñs ōmia
quecūq; fuerāt iob duplicia· Ve
nerūt autē ad eum ōnes fratres
ſui ⁊ vniuerſe ſorores ſue ⁊ cuncti
q̄ nouerāt eū priꝰ ⁊ comederūt cū
eo panē in domo eiꝰ· Et mouerūt
ſup eū caput ⁊ cõſolati ſunt eum
ſup ōi malo qđ intulerat dñs ſu
ꝑ eū ⁊ dederūt ei vnuſquiſq; ouē
vnã ⁊ inaurem aureā vnā· Dñs
aūt benedixit nouiſſimis iob ma
gis q̄ꝫ pncipio eius· Et facta ſunt
ei q̄tuordecī milia ouiū ⁊ ſex milia
camelorū ⁊ mille iuga boū ⁊ mille
aſine: ⁊ fuerūt ei ſeptē filij ⁊ tres
filie· Et vocauit nomē vnꝰ diē: ⁊
nomē ſecūde caſſiā ⁊ nomē tercie cor
nuſtibij· Nō ſūt āt inuēte mulieŕ
ſpecõſe ſicut filie iob in vniuerſa
terra· Deditq; eis prī ſuꝰ heredita
tē inter frēs earū· Vixit aūt iob
poſt hec cētū quadraginta ānis ⁊
vidit filios ſuos ⁊ filios filiorū
ſuorū vſq; ad quartã gnacõem
⁊ mortuꝰ eſt ſenex ⁊ plenꝰ dierū·:

¶ Explicit liber iob· Incipit plo
gꝰ btī iheronimi pſbiteri i pſal
terium·

PSalteriū rome dudū
poſitus emēdarã ⁊ iux
ſeptuaginta interpre
tes· licē curſim· magna
tñ ex parte correxerã· Qđ q̄ rur
ſū videtis o paula ⁊ euſtochium
ſcriptorū vicio depuatum· plꝰ q̄
antiquū errorem q̄ꝫ nouā emēda
dacõnē valere: me cogitis ut velu
ti quodā nouali: ſciſſum iã aruū
exercerã ⁊ obliquis ſulcis renaſcē
tes ſpinas eradicē: equū eē dicen
tes: ut qđ crebro pullulat crebri
us ſuccidatur· Vñ cõſueta pfacõ
ne cõmoneo: tā vos quibꝰ forte la
bor iſte deſudat· q̄ꝫ eos qui exem
plaria iſtiuſmōi habere voluerit
ut que diligēter emēdaui cū cura
⁊ diligentia tranſſcribātur· Notē
ſibi vnuſquiſqȝ vel iacētem lineā
vel radiātia ſigna· id ē obelos· vł
aſteriſcos ⁊ vbicūq; viderit v̇gu
lā precedentē: ab ea vſq; ad duo
puncta q̄ impreſſimus: ſciat i ſep
tuaginta tranſlatoribꝰ plus hēri
vbi autē pſpexerit ſtelle ſimilitu
dinē de hebreis voluminibꝰ addi
tū nouerit eque vſq; ad duo pū
cta: iuxta theodocõis dūtaxat edi
ciōem: qui ſimplicitate ſermonis
a ſeptuaginta interptibȝ non di
ſcordat· Hec ergo ⁊ vob̄ ⁊ ſtudio
ſo cuiq; feciſſe me ſciens: nō am
bigo multos fore: q̄ vel iuidia vł
ſupcilio malent cõtemnere ⁊ vide
re preclara q̄ꝫ diſcē: ⁊ de turbulen
to magis riuo q̄ꝫ de puriſſimo fō
te potare·:

¶ Explicit prologus·